







colorchecker CLASSIC

+




+





x-rite

mm

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20







12517

X





XV^l Stück n° ~~102~~

1202

Inc 1202


- 1.- Speculum animae peccatricis.- Paris, Antoine Caillaut, circa 1483.
C 5564. Pell 4315
- 2.- Stella clericorum.- [Paris, Antoine Caillaut, ante 19 XI 1488]
C 5648. Pell 10765
- 3.- HUGO de SANCTO CARO.- Speculum ecclesiae.-
[Paris, Philippe Pigouchet, circa 1490]
C 5315. Pell 6148
- 4.- MANCINUS (Dominicus).- Carmen de passione
Christi.- [Paris, Philippe Pigouchet, c. 1490]
C 3811. Pell 7446
- 5.- WIRECKER (Nigellus).- Speculum stultorum.-
[Paris, Philippe Pigouchet, circa 1490]
HCR 16215 . Pell 11834
- 6.- Cordiale quattuor novissimorum.- [Paris, Philippe Pigouchet, circa 1495]
C 1730. GW 7500

XV^e S. n° ~~1102~~

1202



peculum dīc peccat:
stella Clevicorum Spec. eccl. bū de vest. Sarac
passio Christi metridi
peculium stultam
de peculiorum nonnullis ~




5^e pièce.

1

Speculum stultorum





2

Incipit epistola veteris' vigelli ad duilhelmum amicum
suum secretum continens integrumentum' speculi stultorum
ad eundem directi et inferius scripti.

Nlecto sibi in rpresso et semper diligendo fratri
duilhelmo. Hunc vigellus. Salutem i summo
et vero salutari. Librum tibi nuper misi cuius et
titulus et textus legentibus et non intelligenti
bus vide' esse ridiculosus. Sed et si singula sub
tiliter inspereris: animumqz scribentis et intentionem atten
deris: licet stilus non minus sit rudis qz materia: in aliquo in
posses erudiri. Unde ut tibi in lucem prodeant que verborum
velata sunt dissimulatione: pauca tibi breuiter de abscondit
 meis dignu duxi denudare. Titulus igitur huius libelli ta
lis est. Speculum stultorum. qui igitur sic appellatus est: ut in
spicientes aliena inspecta stultitia tanqz speculum eam habe
ant. quo inspecto propriam corrigant. discantqz in scipsis id es
se reprehendendum quod in aliis reprehensibile viderint: qua
si per speculum. Veruntamen sicut speculum intuentibus fa
ciem representat et formam: s nequaqz in animo preterite rep
resentationis conseruat memoriam. sic et stultis familiare solet
esse vel difficile appria reuocari stultitia: qz tucuqz fuerint eru
diti ex aliena. Dicitur igitur speculum stultorum quia stulti i
specta sapientia statim obliuiscuntur eam vel quia sapietes
ex eo etiam proficiunt: qui dum stultorum soliditatem aspici
unt scipios componunt. et ex trabe inspecta i oculo alieno: fe
stucam eiciunt de proprio. Hec de titulo. Introducitur au
tem asinus animal solidum volens caudam aliam et ampli
orem quam natura contulerat contra naturam sibi inseri: no
respiciens quid necessitas exposcat et status utilitas suade
at. et quo magis vota sua contra naturam acuens eo ad im
possibilia se conuertit: et factus est impatiens dilationis. Ali
nus iste monachus est aut quicuqz alias religiosus i claustro
positus: qz tanqz asinus ad obsequium dñi seruitio diuine est ma
cipatus. qui no cōtentus odiōe sua sicut asinus sua cauda: id
qd naturaliter non accepit vel natura repugnante nequaqz po
a ii



terit accipe affectat amplius ad illud modis oībus anhelās, et
q̄sulit medicū id ē quēcūqz putat id sibi offerre qd mēte capt⁹
estimat eē possibile. **C**audā veterē vult sibi auelli et nouā inse-
ri, q̄r vitā claustralē in qua deberet vslqz in finē pseuerare vt sal-
uus fieret oīno fastidit. q̄rēs oībus modis qualiter ab eo euel-
lat et trāsplanteſ vt noua cauda et plixa sibi possit accrescere.
scz vt prioratū vel abbatia sibi possit app̄hendere: ubi parētū
suoz sequelā copiosa possit sibi inserere. et postea quasi caudā
post se quoqz ierit trahere glanter. **H**edicus ho. i. iste q̄ desi-
derat infirmū hūc curare dūmodo sit curabilis audiat quid as-
nus petat quid desiderat quo deniqz fēdit: et petitionē habeat
p frīolo. desideriū p stulto. id quo tendit oīno p nihilō. vñ ab
inceptis suadeat delittere et naturalib⁹ otentū bonis aliena nō
appetere. dices de facili cū bona q̄ possidet pdece posse: s̄z pdi-
ta nō leuiter s̄z vix aut nunqz recuperare. **D**ue vacce fuerūt
quondā cuidā patrifamilias. que tēpore hyemali in quodam
prato lutoſo de nocte cōmorate: supueniētē gelu actioſi p cau-
das lutoſas terre q̄ limosa erat adheserūt. et ita cōgelate sūt q̄
mane cū ad stabula reuerti conarent nullaten⁹ potuerūt a ter-
ra caudas euellere: s̄z cōpulse inuite residere. **V**n cū altera ca-
sū fortune sue nimis eēt spatiēs illecta ho i amore vituli quē
nuper domi reliquerat inclusū: caudā suā nimis festine presci-
dit. domūqz recurrit suadēs socie sue vt abscisa cauda ab ipse-
dimēto se soluēt: et secū expedita rediret. **S**ed illa magis circū
specta et secū pēlans quid cauda q̄ oneri est hyeme/ utilitatis
of'erat in estate. q̄ filio acquiescere suspedit expectans donec sol
circa meridiā incaleſens et glaciē solueret: et gelu tparet ea
qz lineret īmaculatā gaudētē abcedere: q̄ p discretionem se no-
uit in angustiis tēperare. **H**ee due vacce duo genera hoīm
sūt in religione diuentiū. **S**unt enī quidā nimis indiscreti et val-
de p̄cipites: qui cū aduersitate aliqua supueniente quasi quo-
dā gelu ostricti vel parantū suoz tenerritudine quadaz sicut
vacca vituli amore capti et exercati caudā suā statim abscin-
dunt id est memoriā mortis qua se a muscis p̄uolantib⁹ et pū-
gentibus deberet ptegere: loge proiciunt. s̄z in futurū nō pspī-
cientes nec eorum exitus in ira sua mentientes veteres amī-

3

cos suos qui eis in necessitatibus adesse poterat sine spe recu-
perationis abscondit: siue pscindit penitus et euellit. Unde in
tpe angustie no imerito cadit ante facie subseqntis amicorum
destituti adiutorio: qui noluerit moderari quid facerent in fu-
rore suo. Alli sunt qui maturiori regunt consilio spū sapientie et in-
tellectus in anteriora extēsi: et qd maxime prudentie ē: fortui-
tos casus inopinatoꝝ metiunt̄ euentuū. qui in aliquo leuiter
seu grauiter eis possent nocere: illud sapientis p oculis hñtes
interioribus. vñ ȳsus. A casu describe diē no solis ab ortu. No
attendētes facie scorpionis s̄ caudā. Hii sunt qui in aduersis
patienter impatientium repulsiones tollerant. qui beneficii
ingratos humili expectatōne in memorā inmemores renocat.
qui rerū exitus plusq; principia pōderant. Hii sunt qui estini fer-
uoris no inmemores caudā suā seruant: vt muscas abigāt et eli-
dant. Cauda extrema pars est corporis. que mēbris oībus necel-
laria est in die incalescentis feruoris. Cauda corporis est finis vi-
te plentis signas hūc qui bonū facit et bñ custodit muscas id
est demonū insidias. in die feruoris s̄c i die iudicii no timebit.
Alle vero qui tpe hyemis et hui⁹ vite p̄ntis trigesimalis/ cau-
dā absciderit id est extrema sua corrigere neglexerit i tormentis
cū demonibus subiacebit. Salienus igit volens vt asinus sa-
peret et intelligeret ac nouissima puidet: dissuasioe v̄lus est.
s̄ consideras q stulto aliquid qtra voluntatē suadere vel dissua-
dere nimis sit difficile cū eū videret in pposito suo ita p̄tinaci-
ter p̄sistere iuxta salomonē qui ait responde stulto iuxta stulti-
tiā suā. p̄cepit ei vt quedā p̄quireret q erant ipossible reperiri.
quasi manifeste ei diceret. Consilio no acquiescis. exemplo no
instrueris neccesse est vt labore magno erudiaris. Multis enī
veratio dedit intellectū. quos prosperitas nunq; potuit erudi-
re. Asinus enī qui vadit emere varia et in vasis vitreis ea
recondit monachus est: qui vt vanitatē quā desiderat allequa-
tur circūquaꝝ discurrit grām hoīm qrens que quasi vitru fra-
gile est. nūcꝝ adulatoribus allicit: nunc muneribus astringit:
totq; laboribus et crūnis affic̄ p nihilo. q longe minori pre-
cio posset regnū celorū sibi cōparasse. vñ plerūq; fit vt dū su-
pra se quis rapit q stulta et inania desideria acquirat: no solū

quod desiderat s̄ illud etiā modicū p̄dat quod prius habebat.
Hic asinus qui cū nouā caudā sibi īseri laborauit: veterē oīno
cōfusus amisit. Ille frater fromundus qui canes imisit in
asiniū et postea nūmis p̄territus similauit se in omībus satissa
cturū cogitās quō eū de medio tolleret: et dū hec callide machi
naret ab asino in rodanū p̄cipitat est et submersus.eos signi
ficat qui fratres simpliciores sua astucia circūuenire et decipe
re attemptant. et lepius ipsi in laqueos incidit quos aliis ab
scondit. Iuxta illud. Neḡz fuit vñy vel erit ler equior villa. q̄
necis artifices arte perire sua. Verba q̄ secū asinus loquit se
cūdū animi sui motū/nūc fatua/nūc indiscreta/meditatōnes
eoz signat indiscretas et inutiles: qui ponunt impossibilia i ai
mo suo. et ea q̄ nō sūt tanq̄ ea que sūt sperant et expectant di
es suos in vanitate osūmantes. circa seria desides et negligē
tes: et circa friuola solliciti et p̄cipites. quoꝝ cogitatōnes stul
tas et instabiles/opa que sequunt offendit: dicente scriptura.
A fructibus eorū cognoscetis eos. Quod aut̄ sequit de fi
lio presbiteri et pullo galline qui postea p̄ tibia fracta reddidit
talione. q̄ p̄ se satis elucet ergo nō indiget expositione. Hoc ei
hodie ex consuetudine versum est in naturā. vt qui ledunt vel
etiā in minimo offendunt in puericia: t̄pus retributionis usq̄
ad annos ultime senectutis reseruēt in memoria. nec acceptā
aliquā iniuriā obliuiscant̄: quoꝝ usq̄ manifeste fuerit expiata p
penā. Pariter asinus qui parsius scolas frequētāt et litte
ras pena discendo: et opera perdit et impensam. q̄ discedens
nomē vrbis nō potuit retinere in qua p̄ septēniuz morā fecit.
Ilos signat qui cū sensus nō habeat exercitatos vel aptos ad
litterarū apices intelligendos. t̄n̄ vt videant̄ in utroq; testa
mento eruditī libros legūt quos nō intelligūt: quoꝝ etiā noīa
eis plectis nō meminerūt. cupientes potius vt ab oībus multa
et magna scire credant̄ ex assidua libroꝝ aspersione: q̄d ut a
liquid sciat in rei veritate. Hui in oībus aperte eruditī sūt quo
usq; articulus emergerit vt res verbis fidē faciat et scia diuci
us abscondita p̄ operis effectū in publicū p̄deat. cuꝝ turpe et
ridiculōsū id aliquā p̄fiteri nō erubescere' qd cū ad rei assecutio
nem puentū fuerit liquide appareat eū oīno nescire. Hūt aut̄

4

hodie multi simulators. nec est ars aut ordo in universo fere
orbe in quibus non est aliqua simulatio. Qui ei artibus vacat
simulant se scire quod nesciunt. qui in ordine religionis vivunt id
volunt videri quod non sunt. Unde brunellus quedam de diversis ordi-
nibus interserit iocosa quadam simulatione reprehendens que no-
uerat aspera increpatione nequaquam se posse extirpare. Multa
enim genera membrorum sunt quod utilius vnguentum quam cauterium.
Id est ferrum quo utuntur infirmi vel dannati ad medelam admittunt.

Hec de primo prologo auctoris.

Incipit prologus metricus in speculum studiorum.

Oscipe pauca tibi veteris vulhelme digelli:
Scripta minus sapido nuper arata stilo.
Hoc modicu nouitat opus tibi mitto legendum:
Maxima pars anime dimidiumque mee.
Ipsa superficies quamvis videatur inepta
Materieque ruditis verba diserta minus:
Multam tamen poterit lecto: studiosus in illis
Sensibus et studiis carpere digna suis.
Non quod verba sonant sed que contraria verbis
Insita sensus habet: sunt retinenda magis
Quis vetat ex nugis vario peradigmate sumpto
Seria quandoque plurima posse loqui. legi
Sepius hystorie breuitas hystoria magna
Claudit: et in vili res preciosa latet.
Quicquid ad exemplum morum doctrina propinat.
Doctrina causa debet habere locum.

Explicit prologus secundus.

a lll.

Incipit pars executiva.

Epius admiror dum tēpora lapsa reuolu
Quam fuerim nobis q̄qz notanda tibi.
Nil cum preterito p̄ns mihi tēpus habere
Cernitur.in caudam vertitur om̄e caput.
Fit de nocte dies/tenebre de luce serena/
De stulto sapiens/de sapiente nihil.
Fit cato mentis ebes/linguam facundus vlices
Perdidit.instabilis nunc habet aura vices,
Plusqz catone sapit/magis est facundus vlice:
Qui non mutus erit mente manuqz carens.
Quisqz fuit sapiens duro sub tempore belli:
Hunc quasi delirum tempora pacis habent.,
Et qui nil sapuit nisi stultum tempore duro:
Postq̄ par rediit incipit esse cato.
Quodqz magis miror furantur nectoris annos:
Quos nondum partus edidit ipse suus.
Sic fortuna parit/dum partus prodigiosos
Redditur ex partu prodigiosa suo:
Prodiga facta magis q̄ prouida/prodigiosam
Cum sciat ante suam se peperisse diem.
Nam puer impubes cicerone discretior ipse
Fingitur:et magno scire catone magis.
Omnia lunari subiecta globo reserare
Nouit:et interdum mistica multa videt.
Qualēcunqz virum cupio quantūqz disertum
Fingere:mente manu pingere talis erit.
Sicqz dealbatus paries depingitur extra/
Interius plenus sordibus atqz luto.
Sic pictura lutum vestit/sic gemma venustat
Stercora/sic aurum putrida ligna tegit.
Qui nihil est per se nechabet quo tendat in altum:
Expedit alterius vt reuenetur ope.
Est tamen absurdum/cunt quilibet ex alieno
Altius intum: at:q̄ tumuisse decet.

5

Quāvis de propria cum quis virtute superbis:
Sit vitium, leuius hoc tamen esse puto.
Consuetudo tamen solet attenuare pudorem:
Reddit et audacem quem mora longua iuvat.
Regna licet teneat sceptriqz leonis asellus
Iuraqz det populis semper asellus erit.
Asperior tamen est in sede leonis asellus
Si positus fuerit: q̄ foret ipse leo
Peile leonina tectum detexit asellum
Ritus et excedens gloria vana modum.
Si moderata foret saltem sub imagine falsa
Res simulata diu posset habere locum
Sed nimis impatiens grauis in nouitate venustas
Precipites saltus in sua damna dedit.
Dum miser ipse sibi factus fuit ex alieno:
Fortunam didicit dedidisse suam,
Perdidit iniurias male se similante leonem:
Quod bene sive male credidit esse bonum.
Si qua minus prudēs male perdidit: ex alieno
Perdidit ex proprio nil perire liquet.
Que fuit ante sibi nullo mediante figura
Permanet: ex nihilo perdidit ergo nihil
Qui leo non potuit fieri si fiet asellus
Sufficit: alterius sarcina pondus habet.
Quoqz magis fertur magis est onerosa ferenti:
Respectu vario pondera pondus habent.
Hanius ergo foret alienum non rapuisse:
Quam cum dedecore non retinere suum.
De asino qualiter voluit caudā suā fieri lōgiorem.
a Dribus immensis quondam dotatus asellus
Institut⁹ ut caudā posset habere parem.
Lauda sua capiti quia se conferre nequibat:
Altius ingemuit de breuitate sua.
Non quia longa satis non esset ad utilitatem
Ante tamen q̄ sic apocopata foret.
Consuluit medicos, quia quod natura negabat

Artis ab officio posse putabas eos.

Responsio galieni medic.

c Di galienus ait. satis est bipedalis aselle

Cauda quid viterius poscis inepte tibi

Sufficit ista tibi. nam quo productior esset

Sordidior fieret primiorum luto.

Hac nisi contentus fueris dum forte requiris

Prolongare nimis abbreviabis eam.

Quod natura dedit non sit tibi vile: sed illud

Inter diuitias amplius esse puta.

Crede mihi. vetus est tibi cauda salubrior ista

Natibus innata quam foret illa noua.

Nec placet ista tamen sed habere cupis meliorem.

Artibus et curis insita peior erit;

Sed neque de facilis posset noua cauda creari;

Quamvis deposita cauda vetusta foret.

Vita breuis moribus gravis est et tempus acutum

Ars est longua nimis abdita causa latet.

Cotidie fallunt ars et praxis medicine:

Si tres euadunt septem dant colla ruine.

Difficiles cure nimium sed et experimenta

Ipsa suos medicos fallere sepe solent.

Lerta pericula manent medicorum. dogmata non sunt

Qualia tu credis. qualia quisque putat.

Sed neque sic passim prestat medicina salutem:

Quamvis distribuat arte peritus eam

Pendet in ambiguo morbi medicina; dolorem

Impedit atque parit conditione pari.

Que prosumt aliis nocuisse probantur:

Non est in medico quam cupit eger opis.

Velle potest medicus sed non conferre salutem.

Gratia diva facit ipse minister adest.

Sepe quidam medici falluntur. falluntur et ipsi.

Et vice conuersa que nocuere iuuant.

Etio quae ars mandat faciat nec ab inde recedat:

Non tamen evenient que cupit ipse sibi

6

Solus enim deus est' morbis medicina salutis:
Nos tantum velle possumus ipse potest.
Nos nihil absqz suo vel eo nos preueniente
Possumus. ipse sibi sufficit absqz meo.
Nos herbis variis pigmentis et speciebus.
Optinuntur hic verbo singula sana facit.
Dicimus a populo medici et nomine solo:
Sed deus est medicus nomine regz simul.
Quam dedit ille tibi caudam retinere memento
Stulte: nec ulterius ulteriora petas
Ne perdas quod habes. quod habes tenuisse labora:
Ne veniant subito deteriora tibi.
Quam tibi plantauit caudam qui contulit aures:
Si mihi credideris hanc retinere stude.
Inqz statu quo te medicus tuus ille reliquit
Stata: donec veniat mutet et ipse statum.
Tutius est certe modico gaudere salubri:
Quam magnis tristi conditione frui.
Volueret multa solet animi meditatio stulta:
Que magis impediunt q̄ sua vota iument.
Auribus ex propiis poteris cognoscere quis sis:
Quam sit et absurdum quod statuisse cupis.
Auribus ex geminis tria corpora talia possis
Inuestire satis: et remaneret adhuc.
Non honor est sed onus tales aures habuisse:
Que pariant domino nil nisi damna suo.
Auribus ecce tuis si par tibi cauda fuisset:
Quod si iuncta simul hec duo monstra forent.
Innatum solum satis est in corpore monstrum:
In geminata nimis deteriora forent.
Cum pateant oculis que sunt magna festa duobus
Facilius poterit una latere lues.
Ex re nomen habens modo diceris auriculatus:
Risus et est populi ludibriumqz fori.
Quid tibi si cauda fieret quasi pertica longua:
Per caput et caudam tunc trahereris item.

Si duo monstra simul corpus iungantur in unum:
A populo digitis nonne notandus eris.
Magnis magna decent breuis es. nihil utilitatis
Quam tibi cauda breuis amplius ampla daret.
Tutius ergo puto caudam retinere vetustam:
Quam plantare nouam que minus apta foret.
Et neqz cauda noua: q̄ et auditu nouitatem
Narrat inauditam crescere posset ita.
Res facilis dictu sed difficilis nimis actu.
Herba ruunt subito rem mora longa trahit.
Est leue dirisse que ventus et aura ministrat:
Sed fecisse quidem non leue pondus habet.
Dicere multorum est: sed vox nisi crescat in actu
Est vento similis ventus et ipse lenis
Dicere quisqz potest: sed dictis iungere facta
Si bene perpendas non ita quisqz potest.
Hec duo sunt eius: cuius sunt omnia per quem
Omnia sub quo sunt omnia iure pari.
Cuius idem posse quod belle nec hoc minus illo:
Qui solus cunctis contulit esse suum.
Qui facit et reficit creat atqz creatuaria gubernat:
Non minor aut maior tempore siue loco.
Huius in arbitrio pendent mortalia queqz:
Hic et non aliis prestitit esse tibi.
Quod dedit ipse tibi qualē te contulit esse:
Et si nolueris improbe talis eris.
Cur non sustineas quod oportet sustinuisse:
Eius ad arbitrium quem cohibere nequis.
Crede mihi. nihil est fieri quod posse putasti.
Quod natura negat reddere nemo potest.
Increpatio galieni. Increpat eū p cōparatione.
n. **O**nquid enim ceruus saliens in montibus altis
Supplicat atqz petit: qualia stulte petis.
Si te maiores si te quoqz nobiliores
Talia nulla rogant: tu quid inepte rogas.
Nil lepus a visus caper a capra dānula ceruus

7
Lausatur caude de breuitate sue.

Nunquid es melior/major/vel sanctior/vnus:
Et tamen hūis/breuior q̄ tibi cauda manet.

Consolatio galieni.

n Obile corpus habes:nō sit tibi cauda pudori.
Nam si cauda breuis/est tibi grande caput.
Non breuis est a deo/q̄ non aliis breuiores
Esse liquet.satis est ergo remissa tibi.
Quod minus est caude capitī supplebis honore.
Non decet vt siant:illud et illa,pares.
In caude titulis anglorum rex edoardus
Non tibi precellit:pontifices qz sui.
Firmiter ergo tene quod habes.quia conditionem
De facili posses damnificare tuam.

Narratio galieni vt reuocet asinū a sua
stultitia p̄ apologū de duabus vaccis.

a Nescis vaccis quod contingit esse duabus:
Quas puer asperi/patris in ede mei.
Altera brunetta fuit/altera dicta bicornis:
Sed nigra brunetta/flava bicornis erat.
Contigit has igitur hyemali tempore quodam:
Nocte retardatas non redisse domum.
Per vada transibant limosa/lutoqz repleta:
Pascua cum peterent cotidiana sibi.
Utqz solent vacce caudis de more lutosis:
In pratis luteis concubuere thoris.
Nocte gelu subitū veniens terramqz perurgens:
Contuit in solidum mollia cuncta prius
Diruit in lapidem quicquid fuit ante lutosum.
Stagna/lacus/fontes/marmora instar erant.
Quas souet innatas ligat arctus alueus vndas:
Nec sinit elabi flumina more suo.
Tot pontes quod aque:liber nec vt ante negatur
Transitus est per aquas quo dia plana placet
Heserunt terre cauda mediante iuuence.
Artius astringit terra lutosa lutum.

Vndiqz terra riget: caudas retinente rigore.
Surgere non poterant:nec remeare domum.
Mane reuertente pariter voluere reuerti:
Sed prohibet glacies conglutinata solo
Plurima.conate spem defrustrate labore
Tandem lassatas continuere manus.
Multa tamen querule tacitoqz dolore gementes
Attemptare student: et variare vices.
Sed nihil est quod agunt: propria virtute resoluti
Non sinit obiecta vis violenta sibi.
Anxia facta nimis vitulo clamante bicornis
Anxius instabat posse referre pedem.
Nam noua nata domi stabulis inclusa relicta
Hesterno fuerat: ne sequeretur eam.
Sed nihil proficiens cum desperata laboris
Jam foret: ingemuit altius: hec et ait.
Una salus superest caudas resicare lutolas:
Que retinent miserias nec remeare sinunt.
Quid mea cauda mihi: vel quid mihi contulit vmp:
Quis fructus/vel que gloria cauda mihi.
En per eam teneor tanqz captiuia. quid ergo:
Non honor est sed onus hec mea cauda mihi
Attrahit ipsa lutum pendens: onerat qz ferentem
Quid tribuat video nil nisi triste mihi.
Libera nunc essem nulloqz tenente redirem.
Ni foret in cauda sordida causa mihi.
Tollere materiam ne propter materialum
Hic ego deficiam tutius esse puto
Causidici dicunt quia legibus est ita cautum
Causatum perimit causa perempta suum
Hanius est partem/q totam perdere caudam.
Quam caput hoc modicum/q meliora minus.
Malo mihi caudam pariter cum carne reuelli:
Quam subito vitam perdere morte meam.
Forsitan hic alias simili ratione morirer:
Quoqz modo teneor nunc retinerer item.

Si mea cauda modo fuerit suscisa, regressus
Tutio: hic aderit: q̄ fuit ante mihi.
Paruula si peream necum mea nata peribit:
Quam nondum quintum constat habere diem.
Et si non pro me faciam mihi talia: saltem
Propter eam fieri cogit oportet ita.
Corporis hec nostri pars est: quam dente procaci
Consuevere canes dilacerare prius.
Dimidiumqz fere tampridem surripuere.
Heu mihi: quod reliquum restitit vsqz modo.
Quod superest canibus placet hoc impendere nate:
Hocqz pium satis est: hocqz salubre mihi.
Ergo quid vterius: que sum factura morabor:
Casibus induris accelerare iuvat.
Dixit et arreptam caudam pugione rescidit:
Festinansqz domum carpere cepit iter.
Ante tamen studuit ferrum prestatre sorori:
Posset ut a simili soluere vincia sibi.
Sed minus hec preceps prudens, magis sapienter
Herba tulit: cohicens a pugione manum.

Responsio brunette.

p Datea respondens dicit: quid inepta laboras:
Quod mihi persuades absit ut illud agam.
Rebus in aduersis opus est medicamine multo.
Non decet in grauibus precipitare gradum.
Rebus in ambiguis quotiens fortuna laborat:
Consilium preceps non decet esse nimis.
Impetus ut memini grauisqz male cuncta ministrat:
Si male cuncta facit: ergo nec illa bene.
Non opus est grauibus: ubi res grauis est et acerba:
Sed magis auxilio: consilioqz bono.
Mitius in duris sapiens cato mandat agendum:
Mollia ne pereant asperitate graui.
Res ubi difficultis: non est ita precipitandum:
Tempore sanatur quod ratione nequit.
Si fortuna modo grauis est: querla repente

Quod grane portamus alleuabit opus.
Tempora labuntur domini qz cadunt renouantur
Serui vulgus abit aera leta patent.
Que veniunt subito subito quandoqz recedunt.
Prospera cum duris mixta venire solent.
Fortuitos casus non est vitare volentum:
Nemo futurorum precius esse potest.
Plus valet interdum non pretermissem futura:
Quam certum fieri sollicitumqz nimis.
Nam sua multotiens docuit veratio multos:
Obfuit et multis prosperitate frui.
Casibus in letis minor est sollertia multis:
Erudit incertos sollicitudo grauis.
Casibus in letis magis est metuenda voluptas:
Segnus in vicium tristia corda ruunt.
Integra troya fuit dum se suspectus vtringz
Subtrahit durus hostis ab hoste suo
Par data subuertit que prelia non potuerunt
Menia plus nocuit rege remissa manus
Sola venire solent et vir et caro secunda:
Turbine ballata sors inimica venit
Si fortuna dedit dudum mihi dulcia quare
Dedigner sub ea paucula dura pati.
Dura quidem patior sed no duranda per annum:
Nondum preteriit tota vel una dies.
Principis aut regis si carcere tanta ligarer:
Asperiora luto ferrea vincula forent.
Mollius esse lutum ferro quis nesciat ipsos
Reges et satrapas ferrea vincula tenent.
Si leuiora luti q regia vincula ferri:
Est leuior certe sors mea sorte sua.
Ilos forte sua quinquennia vincula seruant:
Forsitan in triduo carcere soluar ego.
Flante leui sephyro nothus in sua regna redibit:
Precipientqz statum prata lutosa suum.
Tunc dissoluentur mea per se vincula gratis:

Et remanebit adhuc hec mea cauda mihi.
Me cito priuasse possem: sed penitusse
Forsitan eternum perpetuumqz foret.
Sorte pari poterit nos vna resoluere vinctam:
Sicut et anterius vna ligauit eam.
Non decet ut quotiens quedā mīnus apta putant:
Quod quis perpetuo iure relegate ea.
Si quibus obstat hyems/estatis gratia prospicit:
Ut sua quem deicit sors aliena leuet
Hicqz vices variant pacce sua tempora mutant:
Posset ut alterius alter honore frui.
Dulce relativum socialia federa iungit.
Fortius incedunt federa iuncta mihi.
Quod minus alter habet (sua quē fortuna grauauit)
Suppleat alterius copia grata magis
Nil ita precipuum/vel tam sublime creatum/
Ut non alterius posset egere manu.
Tempora siue vices vario discrimine certant:
Nec coeunt neu federa quoqz parti.
Sepe breues frutices/ad terram sternere plaustruz
Didimus: et celeres detinuisse boves.
Sepe breuis magnas subuertit machina turrens:
Impulsusqz leui menia summa ruunt.
Se premit imbre breui violentia maxima venti:
Atqz procellosas mitigat eurus aquas.
Nil contemnendum reputes: quod tempore quouis
Ferre vel auxilium/vel nocuisse potest.
Vilius interdum quod carius esse putamus
Constat: et est maius quod minus esse putas.
Obstigit interdum magnis res parua periclitis:
Terruit et rapidos paruula virga canes.
Oribus in mediis incendia magna repente
Extingui modica sepe videmus aqua.
Corporis ergo mei quis pars ultima cauda
Utilius tamen hac nil reor esse mei.
Que quāvis oneri modo sit nulloqz decorū:

Estiuo redimit tempore damna sui.
Donica cauda mihi plusq; duo cornua prestat
Tempore muscarū plusq; salutis habet.
Ventilat hec vespes/leuos dispergit oestres:
Verberat et muscas improbitate graues.
Cauda mihi clipeus/gadius mihi cauda/securis/
Lancea/funda/iapis/clava/lagitta facies.
Cauda colit corpus/cutis est fidissima nutrit:
Pulueris abstergens quicquid adhesit eis.
Hec lauat hec tergit hec omnibus una ministrat:
Oltima membrorum prima labore suo.
Si bene pensetur quid honoris et utilitatis:
Contulerint domine singula membra sue
Sola suo capiti/membris sed et omnibus una
plus valet:est et eis officiosa magis.
Omniibus una cauens fragilis discrimina sexus
publica ne pateant/cauda putenda tegit.
Hec mea cauda mihi vario pro tempore confert:
Que tamen est certo tempore grata magis.
Tempora nam timeo que sunt mihi iure timienda:
Nec timet incassum qui mala vota timet.
Cūq; quid et passa sum/vel passura recordor:
Hec ego sum semper dicere visa mihi.
Ecce dies veniunt veris/musceq; resurgunt:
Quas castigat adhuc cana pruina gelu.
Cum calor etatis nimio calore per agros
Spaserit omne pecus/terrueritq; greges:
Musca grauis pestis/qua nulla nocuitor vnq;
Exitit in mundo/vel magis atra lues.
Dente graui miseris totum sparsura per orbem
percudit pecudes/nec sinit ire pedes.
Nāq; leui saltu tanq; per inane volantes
Morsibus et stimulis exagitabit eas.
Illa dies caudam cunctis docet esse salubrem.
Et suis estatem preuenit augur hyems.
Forte dies aderit in qua ni fallo egebit

Vacca sua cauda:quam modo spreuit ita.
 Illa dies caude faciet meminisse iuencas:
 Et steriles vaccas emeritasqz boues.
 Illa dies caude faciet meminisse bicornis:
 Quia males cauda non habuisse caput.
 Illa dies caudas mundo faciet preciosas:
 Que plus sunt viles q̄ vetus olla modo.
 Illa dies dura multūqz timenda per orbem.
 Tantq̄ iudicij plene timoris erit
 Illa dies caudas nostras numerabit:et illa
 Discernet pariter:que bona/que ve mala.
 Illa dies caudas nostras discernet vtralqz:
 Que bene mundata/que ve lutosa nimis.
 Hec est illa dies in qua si forte iuuenca
 Posset habere duas:malet habere decent.
 Hec est illa dies/veniet qua durus oester
 Torto: vaccarum maximusqz boum.
 Hec est illa dies:que muscas dente caninas
 Morsibus et stimulis mittit in omne pecus.
 Hec est illa dies quam pretermis futuram
 Expedit armento:ne patiatur in hac.
 O mihi q̄ felix/misera que posset ab illa
 Euasisse die:quam timet omne pecus.
 Hanc etiam plus morte mea/formido futuram:
 Quia nisi tunc nunda/non ero tuta satis
 Nāqz graues musce nimium/seruorqz diei
 Multus erit:nec ibi quis latuisse potest
 Nec pecori tantum seruor/musceqz nocebunt:
 Sed dominis pecorum/pastoribusqz gregum.
 Hec est illa dies qua non aliena iuabit
 Lauda:nec alterius quid nocuisse potest.
 Sed ne pastor ibi pecori/thaurus ve iuence
 Par ve pari/poterit ferre salutis opem.
 Hec est illa dies/de qua nisi vera fatemur
 Pendet ab illius nostra salute salus
 Ergo licet teneor: cauda grauiterqz coarter:
b ss.

Non tamen astrangar ipsa dolore meo.
Malo per has septem vel quinqz dies cruciaris:
Forsitan interea tristis abibit iemps.
Quam prelonga nimis me feruida teneat estas:
Dilaceretqz meam musca canina cutem.

Talia dum memorat modico recreata sopore:
Flante breui zephiro tempora versa vidit.
Sol calet: et superas clarus durexus in auras
Diffusus radiis temperat omne gelu.
Soluta vnda fluens humus exhilarata tepeſcit/
Aufugit et subito cana pruina solo.
Et status et facies siluis redduntur: et aruis,
Luncta relaxant carcerem clausa prius.
Nec mora consurgens caudam brunetta retraxit:
Acceleransqz domum carpere cepit iter.
Quam procul ut vedit sanam remeare bicornis
Ingenuit: tonlo pectore tristis ait

De lamentatione bicornis.

b Eu mihi quid feci: quis me furor egit iniquus.
Quam nimis accelerans in mea damna fui
O quam perduros habet impatientia fines.
Quaque solet preceps exitus esse grauis
De mihi misere/ de nunc non miserande/
De cui nil nisi de tempus in omne manet.
De mihi nunc quod ego cunctis animantibus una
Huius data ludibrio tempus in omne meum.
Cur mihi cui cauda non est mea vita rescissa:
Ut caput et cauda continuata forent.
Cur non terra pius/ cur non absorbita vnda
Fluminis: aut millis ignibus vta fui.
Quaeque nimis preceps/ cur non mea fata secuta
Montibus et summis precipitata rui.
Deu mihi: cur laquei circu mea guttura milli
Vitam cum viclo non rapuere meo.
Cur non mors subita vitam vel lonticus illa
Moribus ademisset que vagus esse solet

Quid queror una mihi superest medicina doloris:
 Mors cito que sola soluere cuncta solet.
 Nec mora quid soluat iam formidabilis estas
 Imminet:exit hyems vere vigente nouo.
 Viuet in exemplum populis moritura bicornis:
 Instruet et stultos simplicitate sua.
 Discant precipites et quos mora nulla retardat:
 Ne nimis accelerent in sua damna manus.
 Non reputet modicum modico contenta voluptas:
 Res de post factum quod fuit ante docet.
 Nec modicum quicq; reputet si tempore quo quis
 Fortuito casu perdere posset idem:
 Lauda nocet capiti proprio prohibetq; timeri:
 Cornua dum metuunt posteriora sequi.
 Quid queror incassum mando tamen ista modernis:
 Qui post me venient hec duo verba legant.
 Dum aliquid superest non est minus nihil
 Cedat:et est magnum quod fuit ante nihil
 Nil mea cauda fuit mihi cum coniuncta maneret:
 Maxima sed postq; deluit esse fuit.
 Perdere cum timeas magnum reputare memento
 Quicquid habes modicum:sic licet illud idem
 Desiderat tandem mentis stimulata bicornis
 Anxietate graui talia verba loqui.
 Venerat interea tempus quo fertilis estas
 Prata solet primo pingere flore nouo.
 Induerat iam fronde nemus iam gramine terram:
 Texerat intertis floribus arte pari.
 Exierant volucres hyemis de carcere fracto
 Soluere finitimus digna tributa locis.
 Herba negata sibi redimens philomena sonora
 Vocibus insistit:personat omne nemus.
 Quos natura vocat cum turture venit irundo:
 Aduentusq; sui tempora certa tenent.
 Nuncius autore merulam comitatur alanda:
 Nec sua permuntant tempora lege noua.

Semper idem repetens veteri noua tempora voce
Distendit cuculus nil nouitatis habens.
Concentu parili vocum discordia discors
Itonat: et siluis organa mille sonant.
Certat odor: florum cantus superare volucrum.
Organa vox superat balsama vincit odor.
Dulce sonant silue redolent thymiata campi:
Floribus et fructu gignit annona solum.
Estuat estiuo tellus feruore coacta:
Solutur in cineres quod fuit ante lutum.
Terra parit pulices pariuntqz cadauera vermes:
Aera conturbat improba musca volans.
Ardor agit pecudes pariterqz conturbat oestes:
Aduolat et musca sordida dente procar.
Per iuga per colles per deuia queqz locorum:
Diruptis stabulis soluitur omne pecus.
Insidet armento stimulo perdurus oester:
Assunt et vespes immoderata lues.
Saltibus et siluis currunt sine lege vagantes
Cum grege pastores precipitando gradum.
Diritur omne pecus sudant animalia passim
Spargitur armentum diffugiuntqz greges.
Brunettam sequitur pariter fugiendo bicornis:
Queqz tuta minus fortius viget iter
Qui sui cauda manet muscis brunetta resistit
Fortiter impendens pro vice sepe vicem.
Ventilat hic vespes alias disperget oestres.
Dissipat et muscas seqz tuentur ab his
Hec abit illa volat fugit hic comitantur et illi:
Hic stimulant mordent viget et illa pedes.
Aggreditur tandem miseram nudaque bicornem:
Turbine multiplici turba proterua nimis.
Quid faceret misera quo se lugubris et omnis
Vexeret in tantis nuda relicta malis:
Quod potuit fecit licuit dum currere cursu:
Certavit crebro precipitiqz pede.

Preuenit ala pedem/vincitqz volans gradiantem:
Plus pede currentis penna volantis habet.

Arma gerunt pacem, qui pugnaturus inermis
Aduenit: ex facili succubuisse potest

Conueniunt musce/vespes glomerantur in unum/
Toruus oester adest/cuspide dente nocens

Precipito cursu terras dilapsa per omnes

Donec deficeret institit ipsa pedes

Nec minus egit eam caude pudor: ille:retro:sum

Quam stimuli quibus est obsita tota simul,

Ergo resupina tandem sub colle iugoso

Corruit in terram precipitata tamen,

Lugz foret morti iam iam vicina/resumptis

Vixibus ad modicum extulit illa caput.

Aspiciensqz prope comites de morte gementes,

Brunettamqz suam talia dixit eis.

De planctu bicornis.

q Dam grauis ista dies: q sit metuenda modernis/

Casibus et nostris carpere quisqz potest

Nec mihi mors grauis est/ quoniam si vita superstes

Esset adhuc grauior hec mihi morte foret.

Dulce mori miseris mors est: mihi mite leuamen.

Morte nihil miseris mitius esse potest.

Non est mors oneri: sed plus conductit honoris.

Cum mors est talis: q venit ipsa malis

Mors in vita dabit requiem/ quam vita negauit.

Nil mihi morte perit/ sed reueamen erit

Exemplu multis vixi.moriorqz futurum

Omnibus exemplu/non habitura modu.

Discite q prope sit/ r q vicina ruine

Gloria mundana: que ratione caret.

Impetus euerit quicquid fortuna ministrat

Prospera nil stabile cui dedit illa statum.

Discite q nihil est quicquid peritura voluptas

Possidet. et false predicit esse suum

Nil proprium natura dedit: coia queqz

Instituit fieri: quo meliora forent.
Disciteqz nostre fuerint discrimina caude:
Quodqz necis causā contulit illa mihi
Plura loqui voluit: sed lingua deficiente
Hix tantum potuit dicere. bruna vale.
Pastores igitur ne fama periret in euum
Signarūt tali gramata busta loqui
Que dum stulta fuit doctos docuisse probatur:
Hec postqz sopiait veribus esca datur.
Hec modo brunelle tibi que nos vidimus ipsi
Diximus. exemplis ut docearis ab hiis.
Sufficiat quod habes. quoniam si vera fatemur
Stulta petis saluo semper honore tuo.
Nec tamen id fieri quouis medicamine posse
Credideris. nihil est tutius ire domum.
Si quot habent medici spaciola climata mundi
Hec tibi iurassent: nil nisi verba forent.
Non tamen id dico quin posset crescere multum
Hec tua cauda tibi: sed dari nulla noua.
Fracta vel elisa medicorum cura reformat
Funditus abscula sic remanere solent
Mortua cum viuis nulla ratione coherent:
Elsa vel abscula cura iuuare potest.
Vnde satis longa poterit tua crescere cauda:
Hūmodo cū reliqua federa carne tenet
En tamen in curis et sumptibus enumerandis
Ut decet et debet copia longa subest
Ardua pregnantem poscunt medicamina bursam:
Res et opes magnas vulnera magna volunt.
Nonne tibi satis est vnam si creuerit vnam
Largior ex tanto q̄ fuit ante tibi.
Talibus auditis modicum subvalit asellus
Sic tamen audirent q̄ tota foras sonum:
Qui galienus ait festinans perge salernum.
Inde relaturus cura quod ista petit.
Perge rediqz celer noli tardare pedestris:

13

Quattuor hiis quintum si potes adde pedem.
Sumptibus ergo tibi nisi tu defeceris ipse:
Non tibi deficient cura laborqz meus.
Sumptibus insistas nos artibus experiemur
Si valeant nostre quod valuere manus
Accelerans igitur usus duplomate longum
Abbreviabis iter.nam via longa nimis.
Pluribus es notus necnon dilectus amicis:
Qui tibi subueniunt pluraqz dona dabunt.
Sorsitan ex facili poterunt species reperiri:
Nec tamen ex facili credimus illa legi.
Hasta sed et tecum portabis idonea multa:
In quibus et referes hic habitura locum.
Cura laborqz simul solet exactissimus esse:
Ne male depereant cuncta locate bene.
Cuncta locata bene basisqz recondita dignis.
Tractari poterunt citius atqz geri.
Mentis ebes quāuis non sis in pelle notabis
Scribere iam nosti qua specie sit opus

Receptum quod dedit galienus
brunello ad caudā prologandā.

b Ec sunt que referes variis signata sigillis:
Nec pereant obicit cura laborqz tuus.
Marmoris aruinam furni septemplicis umbram/
Quod peperit nullo nulla subacta suo.
Ancoris et milui modicum de lacte recenti
De luteris cursu degz timore lupi.
De canis et leporis septenni federe dragmam/
Discula que niso misit alauda suo/
Pauonis propriam libram de voce sonora
Ante tamen cauda q̄ sit adapta sibi/
De non contexta iubam sine stamine mappa/
Nam rillus asini tu dabis ipse tibi/
Allecis vel apum crocro de spermate libram/
De gyroli iecoris sanguine sine pede/
Natalis domini modicum de nocte salubri.

Que nimis est longa lute valebit ad hoc
In reditu de monte iouis de vertice summo
Accipias libras quattuor asse minus.
Alpibus in mediis sancti de nocte iohannis
De niue que cecidit: tu simul inde feras/
Serpentisqz rubre necnon de cauda colubri
Utilis est valde nec tamen illud eme
Hec bene collecta pariterqz recencia queqz
Impones humeris sarcinulisqz tuis.

Responsio brunelli.

- t Alia dicenti supplex respondit asellus
Publice deflexo vertice pronus humi.
Cuncta libens faciam: celer ibo qz reuertar.
Nam mea res agitur: non aliena mihi
Non ero tardus ad hoc (quis piger esse solebam)
dederit dñs prospera cuncta mihi
Petit brunellus a galieno dari benedictione:
e N ego progedioz bñdic mihi progradienti
Ut mihi sit tuta prospera vita via.
Mor idiomam suum vertens galienus et orans/
Subridens parum sic benedixit ei.
Benedictio irrisuia galieni data brunello.
o Unipotens omnia tibi mille det: et tua cauda
Obtineat pro se milia dena sibi.
Sit tibi potus aqua sit magnus carduus esca/
Marmora stramenta tegmina ros et aqua/
Grando niues pluiae tecum comitentur ubiqz:
Protegat et noctu cana pruina gelu
Sepius exosus veniat post terga molosus
Oscula danda tamen. dixit asellus amen.
Ingeminantis amen vox est audita per orbem
Murmureuqz sonu percipit oinne forum.
Qualis brunellus pfectus est ylus salernu p spiebus
f extinans igitur veniens in limine porte.
Hesit: et eliso corruit ipse pede.
Signa reuertendi sunt hec dixerunt propinquii:

Riserant alii dixit et ipse sibi.
 Debile principium melior fortuna sequetur.
 Restat iter longum non remanebit ita.
 Dura satis didici postquam sum fatus ab alio:
 Hunc satis possum plurima dura pati.
 Non est deliciis assueta vel ebrietate
 Hec mea persona que mala ferre solet
 Carduus et lappa constant mihi carior esca:
 Sufficit ad potum nam pluvialis aqua.
 In salsamentis non est meditatio mentis:
 In tenui victu corpora nostra vigent
 Num tardus et piger sed certe tardior essem
 Si mea nonnunquam lauta dieta foret.
 Sed neque qui debet sumptus impendere multos
 Expedit ut crebro vina Falerna bibat.
 Quid mihi de vino quo decipiunt sapientes:
 Multaque contingunt (quo mediante) mala.
 Hoc humeris non ventre suo gestare parentes
 Consuevere mei sit procul ergo merum.
 Ergo gestabo sed non gustabo lycum:
 Arripiat ne me cotidiana febris.
 Contra naturam vinum si forte bibissem:
 Mox mihi quartanam gigneret aut scapiem.
 Quattuor ex causis teneor vitare lycum.
 Sumptibus ut propriis percami ne febre laborem/
 Et ne decipiam degeneremque simul.
 Qui vitare malum poterit nec vult manifestum:
 Plangendus minus est si male cedat ei.
 Qualiter brunellus venit salernum orans.
 p. Otago bissenas confecerit ergo dietas:
 Ad que tendebat menia summa videt.
 Mox genu flexo sursum sua brachia tendens
 Vota deo supplex soluit et orat ita.
 Omnipotens deus meritis sancti iuliani
 Det nobis veniam hospiciumque bonum.
 Sit procul omne malum pontes porteqz gemelle/

Partibus in nostris que satis esse solent.
Rusticus aut saccus non inueniatur in vbe:
Absqz molendino sit locus iste precor.
Sint ebites stimuli surdi mutiqz molosi
Sitz procul catuli vox inimica mihi.
Hospes ruricola mihi sit: cui semper habundat
Carduus hirsutus et pluvialis aqua.
Sint species viles sit et emptor rarus in vbe:
Quilibet existat venditor eris egens.
Sint merces multe sit multum cara moneta:
Sit tempus pluviidum sitqz lutosa via.
Prospера sint cuncta sint cuncta salubria nobis:
Ut nostrum ciuius expediatur iter.
Talia commemorans postquam peruenit in urbem
Se dedit hospicio: membraqz fessa thoro.
Surgens mane forum species empturus adiuit:
Quas non inueniens tristis abire parat.
Quattuor ergo dies circulustrauit in urbe:
Nec tamen inuenit que cupiebat ibi.

Qualiter brunellus deceptus est a mercatore.
t Alia querentem mercator londoniensis
Videns et aduertens: quis fuit inquit ei.
Nuncius es: magnus quisquis te miserit istuc.
Maxima namqz petis. et preciosa nimis.
Et sapiens et diues erat quicunqz ministrum
Huc ita te misit: res manifesta docet.
Nam facies vultusqz tuus satis indicat vnde
Deneris. aut quis sis. nec latuisse potest.
Magnus es: et quamvis peregrini tectus amictu:
In propria patria non peregrinus eris.
O qz sollicita pro te domus est tua tota:
Proqz tuo reditu vota precesqz facit.

Responsio mercatoris brunello data
a Nglia me genuit londonis: cuius ortus
Presul is hic veni nuncius ipse mei:
Cui quia plus equo nasum natura tetraxit

45

Institi: arte malum posse leuare suum.
Quattuor ergo viros partes transmisit ad istas
Presul ob hanc causam conditione grauem.
Annus et annus abit ex quo peruenimus istuc:
Tresqz die comites mors tulit vna meos.
Hic teneo species quas si fortuna deditset
Posse referre domum: maxima cura foret
Quicquid in hac vrbe venisti querere totum.
Signatum teneo: deposituqz domi.
Sumptibus assumptis alieni debitor eris
Artor: et i patriam non licet ire meam.
Vxor amore tamen patrie tatoqz reuerti
Anxius exopto: quo magis ire vedor.
Littera certa mihi patris de funere venit:
Fama sed et dominu singit obisse meum.
Vtrea basa decem mihi sunt: et cuncta repleta
Hiis aliisqz simul que tua carta notat.
Si precium dederis quo res mihi constitit ipsa:
Eras potes in patriam diues abire tuam.
Vlterius precium peregrinus de peregrino
Ablit vt accipiam rem tibi dando meam:
Hoc tamen excepto: qr te puto religiosum
Ut liceat precibus participare tuis
Hic fit contractus inter brunellu et mercatorem.
i Elico brunellus precium numerabat: et illa
Nugis basa decem plena recepit ibi.
Quoqz magis fieret stabilis contractus vtrumqz
Nomen venditoris poscit: et ille refert.
Londonis natus gyla de matre parentis:
Nomine trufator nuncupo: ipse mei.
Sula mihi soror est multis notissima regnis:
Est et trufa mihi federe iuncta thoro
Nec minus ipse tuum nomen mihi dicere dignum
Duxeris: vt memori mente tenere queam.
Inanis iactantia brunelli de sua nobilitate.
n Omen brunellus mihi stat respondit asellus

Notus ubiqz satis nomine regz simul.
Principibus regni necnon et regibus ipsis
Seruo.seruit conditione carens.
Et pater et proauus regum de more ministri
Semper erant:et ero tempus in omne meum
Regis in obsequium successi iure paterno.
Indiget officio curia tota meo.
Obuius ipse mihi si rex quandoqz feratur
Ledit:et incedo rege ferente locum.
Est tamen vna mihi multum contraria pestis.
Rusticus immitis/exciiale malum.
Semper enim stimulos gerit aut nodosa flagella/
Aut graditur canibus cinctus vtriqz latus.
Huic pater erosus meus extitit:atqz parentes
Deqz meo genere quicquid in orbe fuit.
Principis et procerum mores satis approbo/quorum:
Risus verba/locus/dulcis amica/decent.
Rex mihi dicit aue per eum dum transeo.be ve
Fructifer.ingeminat rusticus orbis onus.
Impetat hunc scabies/hunc cotidiana perurant
Vlera:que scateant vermibus:atqz lue.
Hunc ego comendo sathanæ de stercore cuius
Dicitur esse satus:quod probat ipse satis.
Hunc ego si possem totum delere per orbem:
Nullus ei fieret vrbe vel orbe locus.
Qualiter brunellus rediit.
h Iis ergo dictis patrias brunellus ad oras
Letus et exultans mane redire parat.
Craftina lux aderat/brunellus onustus ab vrbe.
Exit:et exsoluit vota precesqz deo.
Casibus in letis q sit vicina ruina:
Et lapsus facilis nemo videre potest.
Iam prope lugdunum veniens/callemqz secutus
Per sata/transibat nil meditando mali.
Quem procu aspiciens quidam de fratribus albis.
Quorum vicinam contigit esse casam:

Quattuor immensos mordaci dente molosos
 Immittens in eum: talia dixit ei.
 Per lata nostra via tibi non directa videtur:
 Nam nimis arta fuit publica strata tibi
 Forsan errasti, sed nūquid quattuor isti
 Non poterunt rectam te docuisse viam.
 Per crepitas nostras melior: tibi torta platea
 Lalle foret recto non nisi stultus ego.
 Per lata nostra via q̄ sit directa docebo:
 Hui nisi deficiant quattuor ecce mihi
 Dixit et instigans clamosa voce molosos
 Undiqz coreptum fecit inire fugam
 Serius hic, illi citius currēdo retentum
 Moribus attractant; precipitantqz solo:
 Ante tamen moratu nūm gribaldus iniquo
 Arripiens caudam dimidiauit eam.
 Funditus oblitus quid nam portaret et illud
 Quod sua precipue vitrea vasa forent.
 Ex quo corripuit canis hunc caudamqz momordit:
 Seqz simulqz suum precipitauit onus

Infortunii brunelli.

o Mnia vasa simul casu perire sub uno:
 Rem fragilem potuit frangere causa leuis
 Parta labore graui leuiter cecidere dolorem
 Perpetuum domino parturiendo suo
 Illa remanserunt tantum q̄ nulla fuerunt
 Nil nisi vasorum fragmina sola manent.
 In tenues auras substantia tota recessit;
 Deperiire simul spesqz laborqz suus.
 Hinc queritur caudam grimbaldo dimidiatam:
 Hinc dolor expensas deperiisse suas.
 Auget vtrugz malum miserio satis est in uno
 Antius ille gemit quem duo damna grauant.
 An labor: an sumptus: an cauda rescisa dolore
 Debeat esse magis: dinumerare nequit.
 Nam labor est cassus sumptus periere rescisam

Nemo potest caudam restituuisse sibi.
Anxietas animi crescit simulata dolore.
Alternatqz vices: hinc dolor inde pudor
Plus tamen affligit pudor huic comitante dolore:
Quam faceret solus absqz pudore dolor.
Totus in ore canum miser et miserabilis ille
Voluitur: et soli vir sibi vita manet.
Nec prius a misero se continere molosi:
Donec fromundus vir cohiceret eos.
Frater fromundus fratum de more suorum
Non ferus: immo fera: dissimulando diu
Ut solet illius gentis genus illud iniquum.
Vir etiam tandem tendere cepit eo.
Non tamen accelerans nisi cum pulsatur ad ollam
Ut solet ad mensam ventre docente viam
Sed pede spondaico gressu gradiens astinuo
Ut solet ad laudes nocte venire: venit.
Extendensqz manum dicto benedicite ha ha
Dixit: et ammonuit corripuitqz canes.

Responsio brunelli ad fromundum.

c Vi brunellus ait. nunq; tu sis benedictus:
Sed maledicaris tempus in omne tuum
Nu benedictus ita docuit vos in peregrinos.
Instigare canes inu benedictus ita:
Hic est ordo nouus: hec noua regula frater
Obseruanda tibi tradita iure nouo
Nuquid cisterci canon fuit ipse repertus?
Venit et hinc ad vos ordinis iste rigor.
Nuquid in hoc anno qui conuenere sub uno
Istud preceptum constituere patres.
Sumi pontificis canibus vexare ministru
Nescio si vobis regula vestra iubet.
Nescio si vobis liceat morti dare quęq;
Precipue causa non preceunte necis.
Pontificis sumi medicamina maxima portans
Huc ego perueni: nūl meditando mali.

Per sata transiui fateor: peregrinus et hospes/
 Quod tamen errauit callis apertus erat.
 Hemitia magna fuit: quia rebar et esse plateam:
 Tum quia lata nimis: tum quia trita satis.
 Error inest facto: non meditata voluntas
 Si qua fuit culpa non nisi parua fuit.
 Culpa leuis non est tanto plectenda rigore:
 Minior in minimis debuit esse modus
 Quāvis culpa foret etiam dignissima plecti:
 Hoc plectenda modo non fuit ipsa tamen.
 Criminis ad pondus deberet pena rependi:
 Maior pena suo crimen crimen habet.
 Summi pontificis ego nuncius: atqz minister:
 Pacificus beni deuia forte sequens.
 Pontificis summi timor et reverentia vestrum
 Debuit in aliqua parte leuare malum.
 Quod tamen auerunt: non est in partibus illis
 Qui timeat dominum: pontificem ve suum.
 Non mihi sed domino grauis est iniuria facta:
 Noster papa suum vindicet ipse decus.
 In dominum papam transgressio facta redundat:
 Leditur et tanto curia tota malo.
 Horrendum facinus tam detestabile factum/
 Tam grauis excessus nūquid inultus erit.
 In domini pape contemptu tam manifesto
 Roma nisi fuerit vla rigore suo:
 Ut breue sit dedecus: longum decus est: et amicis/
 Hostibus: eueniant dedecus: atqz decus.
 Non erit ulterius queuis metuenda potestas:
 Sed quod cuiqz libet iure licebit ei.
 In dominum nostrum papam dedecus qz redundat:
 Cetera sustineo vulnera solus ego.
 Damnum mercarum plusqz duo milia cōstat
 Sumptribus exceptis absqz labore vie
 Quanti sit dedecus hoc nescio: nouerit ille
 Ad quem spectat honor: spectat et istud onus.

Esit dedecus magnū: sed summus presul vtrūqz
Puniet: ad libitu criminis vtor erit.
Curia romana que dignis digna rependit:
Pro meritis dignis premia digna dabit.
Causa grauis/ grauior persona grauissima damna
Elle patet. magnū singula pondus habent.
In dominum papam specialiter ista redundant:
Iesus et est grauiter/ vulnus vtrumqz patet.
Quod grauius dicet citius leuiusqz remittet:
Quod leuius pena: sub grauiore cadet.
Iesus honor lachrymis poterit precibusqz piari
Ne nimis vlcisci se videatur in hoc:
Damna sed illius nulla ratione remittet.
Mitis erit. redimi sed patiatur ea.
Dummodo soluendo fuerit cistertius ordo
Nil sibi de toto deperisse potest.
Aut decimas soluant: aut brachis lege perhenni
Quāuis iniuiti posteriora tegant.
Clastra nec exhibunt: perdentqz noualia passim
Aut tria mercatum milia plena dabunt.
Sed quid erit de me que nam vindicta sequetur:
Qualiter vlciscar sic laceratus ego.
Papa quidem statuet: ne quis de fratribus extra
Septa sui claustrī quolibet ire queat
Quam si quis fuerit legem transgressus eorum:
Hec tria perpetuo iure sequentur eum
Nunqz vina bibet/ nisi cruda legumina gustet.
Sitqz grauis culpa pena perhennis ei.
Hec de iure poli faciet mihi papa libenter:
Sed de iure fori quid genus omne malum.
Istud erit quod ego faciam statuisse per obrem:
Sit fuerit tanta tempore vita comes.
Istos conuersos quos peruersos magis esse
Constat: vt ex factis nomina certa trahant
Ecclie portam quisquis conspererit extra:
Mox oculos dextros auferat atqz pedes.

Et nisi campana collo dependeat vna:
 Mentula tollatur quodqz coheret ei.
 Dentur eis brace vinum tollatur in euum
 Hammeturqz caro piscis et ova simul.
 Sufficiant cunctis duo cocta legumina tantum:
 Vel potius cruda sit nisi festa dies.
 Hec ego cuncta meos faciam stabilire parentes:
 Ne sit in eternum res habitura modum.
 Hec etiam papa sic confirmabit in euum
 Simulatio fratris fromundi.

t Alibus auditis timuit fromundus: et ultra
 Quam credi poterit obstupefactus ait.
 Si sciat hec abbas (nec eum res tanta latebit)
 Culleus aut certe mors mihi certa manet.
 Quis furor impegit canibus vexare ministrum
 Pontificis summi: non ita rebar ego.
 Nunc opus est facto: sed ad hoc nimis accelerato
 Nunc opus auxilio consilioqz mihi.
 Constat enim qd si viuens discesserit iste:
 Res nulla poterit conditione tegi.
 Blandiciis opus est multis insistere: donec
 Vna dies veniat que sit ad istud opus.
 Tollerere de medio decet hunc ne tota per ipsum
 Sens pereat nostra: depereantqz loca.
 Sed nimis astute tm scelus est faciendum:
 Et procul a populo conuenit istud agi
 Nam si fama loquar quicqz cognoverit inde
 Peior erit multo: qd fuit ante malum.
 Plus etiam fratres mihi sunt (qd fama) timori:
 Nam furor illorum nescit habere modum.
 Fama potest aliquo saltu moderamine flecti:
 Illos cum furiunt flectere nemo potest.
 Fratribus atqz foro par est committere quicqz:
 Perdere quod timeam vel latuisse velim.
 Vna fori facies fratum sunt mille. quid ergo
 Quod cupis occultum reddere nemo sciat.

Menstrua namqz fides faciem cum tempore mutat:
Ne credas fidei sit mea fida mihi.
Qui se multorum fidei committere curat
Auguro; hic leviter posse carere fide
Res erit archana(que sunt facienda seorsum
Nemo sciat) satis est: solus vt ipse sciām.
Quid moror. accedam supplex; veniēqz precabor.
Reddere promittam perdere queqz prius.
Accipiam fructum socium/ similabo fidelem/
Committet sese credulus ipse mihi.
Dixit: et accessit supplex (veniaqz petita)
Plusqz perdidera reddere spondet ei.
Hospiciqz mora longos reueare labores
Obtulit: et molli membra fouere thoro.
Spondet opes/medicos/generalia festa/salubris
Aeris accessum/ quicquid et ipse velit.
Nil deerit votis. simul et semel omne quod optat
Accidet. a ccedat ipse videre locum.
Nam prope lugdunum rodani stat terminis vndis
Est situs arboribus constitutus ille locus.
Est alter paradiſus ibi: quia quicquid habere
Mens humana cupit: terra beata parat.
Ipse loci dominus domui disponet vt eius
Sedeat arbitrio: nemo rebellis erit.
Seruiet ad nutum famulus/ venietqz vocatus
Quisqz placebit ei: quisquis sequetur eum.
Ipse modum dicet sibi quo seruire clientes:
Hos vocat et illos/ nemo resulet ei.
Nec nouus hospes eris nec vt aduena cras redditurus:
Sed quasi perpetuus ciuis in vite sua.
Postulat/ adiurat/ hortatur/ et omnia spondet.
Dimqz facit/ precibus/ voce/ manuqz trahens.

Dissimulatio brunelli.

a Nunt ille libens tamen hoc sub conditione:
Tollat vt e medio mors inopina canes.
Comperiensqz dolos fromundi: dissimulare

13

Rem studet et risunt palliat ore leuit.
Dixit et ille sibi secum duo verba: nec illa
Si tamen audiret ut suus hospes ea
En aliud minans aliud meditatur asellus.
Euentus varios dissona vota tenent.
Sepe solet vitio virtus velociter esse:
Preuenit et morbum cura diserta grauem
Fraude cadunt fraudes falluntur et artibus artes:
Obruiturqz dolus preueniente dolo.
Nec mora fromundus correptis fuste molosis:
Disponit socium fallere fraude sua.
Quo brunellus vindicat se de fraude fromundi.
Inqz super rodani ripam graderetur asellus:
Et prope fromundus subsequeretur eum:
Cernens brunellus quantum foret aptus iniquis
Saltibus et subitis mortibus ille locus:
Impulsu subito summa de rupe reiectum
Fromundum rodani fecit ad yma vehi.
Interceptus aquis mortem gustauit in vndis:
Eiusus et est propriis artibus ipse prior.
Canticu brunelli post precipitatione fromudi.
Hoc cecinit carmen resonum brunellus: et altis
Vocibus exultans ora resolut ita.
Cantemus socii festum celebremus aselli:
Vocibus et votis organa nostra sonent.
Exultent asini: leti modulentur aselli:
Laude sonent celebri tympana / sistra / chori.
Himbalodus periit sociiqz sui periere:
Mors hostes rapuit quattuor una meos.
Fromundus cecidit rodani submersus in vndis:
Eiusus et est subito legibus ipse suis.
Incidit in laqueos frater fromundus iniquos:
Quos tamen ipse sibi texuit arte sua.
Quem voluit sapiens stultum delere scienter:
Stultus et ignorans precipitauit eum.
Corruit in foueam preceps fromundus in illam:

Quam manibus propriis foderat ipse prius.
Ne via longa foret saltu fromundus in uno
Compleuit cursum nescius ipse suum.
Saltus erat subditus rupes preupta deorsum
Fluminis vnda rapax alueus absqz vadis.
Quem nunqz didicit saltum docuisse probatur;
Non opus est alio sufficit unus ei.
Exultet rodanus celebri de laude triumphi:
Fromundus cecidit florida psallat humus.

Sepultura fratris fromundi.

m Druus est ergo postqz fromundus et vndis
Extractus: patro sunt membra data solo.
Luius busta videns cum pertransiret aseilus
Fleuit: et inciso marmore scripsit ita.
Fratribus exemplum frater fromundus in eum
Hunc titulum viuo cepit ab hoste suo.

Epitaphium fromundi.

q Dem celer ac sapiens stultum tarduqz putauit
Fallere: preueniens ipse fecellit eum.
Hic tardus celerem/ sic sic stultus sapientem/
In saltu celeri despissile dedit.
Hic fraus fraude perit sic ars deluditur arte:
Hic dolus et fraudes premia digna ferunt.
Stultus fromundi fratres memorantur iniqui:
Prolit ut a simili nota figura mali.

Brunell' cauda amissa de statu suo futuro p' cogitat.
h Iis ergo gestis patrias brunellus ad oras
Festinat: celeri corpore/ mente pede.

Sed quia pauper erat expensa deficiente,
Mendicando suum lepe retardat iter.
Sepe suos casus secum memorando retractat:
Dixerat et diuidum quid galienus ei.
Quoqz magis proprie pensat discrimina sortis
He magis incusat: sic ibi sepe loquens.

Locutio brunelli seipsum redar
guendo de inheritia et stultitia.

n **D**ic sum brunnellus sapiens si inhers et asellus
Semper et in primis stultus ebelegz nimis.

Stultus ego natus sum stultus et ante creatus

Quāqz diu fvero non nisi stultus ero.

Stultus et ipse pater meus et stultissima mater

Dat natura mihi despuisse mea.

Quod natura dedit quod tractu temporis hesit:

Herret et est remanens nec remouetur idem.

Vuach quid ego quis ego qualis quantusqz tuēdus:

Si bene perpendam nescio quis sim ego.

En ego consumpli pariter cum corpore sumptus.

Lūqz labore meo tempus et ipse meum.

Jamqz satis senui nec adhuc nisi despuisse

Me fateor facta res facit ipsa fidem

In sene lensus ebes multum solet esse pudori:

Ni lensus sapiat est pudor esse senem.

Vertitur in r̄lis iuuenum delira senectus:

Nec redimentum damnum tempora lapsa suum.

Quantūcunqz sener sapiat tamen ipsa iuuentus

Semper delirum somniat esse senem.

Et si delirat quisqz pariterqz senescit:

Judicio iuuenum nil nisi stultus erit.

Hoc habet annatum multis comitata senectus

Quo plus decipiatur plus sapuisse putet.

Molle satis potui verbis vultuqz magistri:

Quod mea vota forent a ratione procul.

Ha quotiens voluit ea que noctura putabat

Dissuadere mihi si licuisset ei.

Sed furor infelix et mens mea ceca futuri

Sprenit et irrisit utile quodqz magis.

Et quid erit propriam cum mane reuertar ad urbem

Nondum mutata conditione mea.

Erro posterior peior quandoqz priore

Esse solet vereor posteriora mea.

Nonne reuertentem preses populusqz videbunt:

Nonne meos casus curia tota sciet.

Diciturqz mihi qualis discellit ab urbe

Ecce reuersus adestr: nil nouitatis habens.
Ita quidem dici possent: si que modo non est
Integra cauda foret ut fuit ante mihi.
Ergo quid inspecto tanto discrimine dicent:
Non poterunt risus continuuisse suos.
Risus ero populis risus totius et urbis:
Risus erit magno cauda rescisa foro.
Si non ante fuit populi brunellus in ore:
Tunc erit de digito quisqz notabit eum.
Quos loqui prohibet claustris censura: tacentes
Clamabunt digito cauda rescisa fuit.
Hicqz loquax digitus redimenda silentia verbi
Monstrabit signis dedecus omne meum.
Si de tot vicibus posset brunelle vel vnam
Surripuisse tibi quantus et ipse fores.
Brunellus pponit studere anqz recedat ad partes.
Et melius qz non redeam mutulatus in urbem:
Donec prisca tegam criminis sorte noua.
Corpus adhuc sanum super ei patiensqz laborum/
Vnendum centenus sum nisi fallar ego.
Sum leuis et fortis nec adhuc virtute solutus/
Sensus ebet studiis exacuendus erit.
Peruigiles studii longa de nocte labores
Et caput et corpus hoc bene ferre potest.
Plurimus annorum numerus de iure legendus
Restat: ut usqz patri comparet ipse meo.
Non mihi virga grauis puerorum more nocebit:
De puer didici multa flagella pati.
Pes vagus a studii non me reuocabit amore:
Qui magis accrescit ex grauitate mea.
Etatis grauitas mihi de leuitate cauebit:
Consuetudo frequens allenabit onus.
Nec pudor annorum quauis puerilia discam:
Jam cogit senior deseruisse scholas.
Non pudor impedit vel desperatio ceptis:

Quo minus insistam nocte dieqz meis.

Htqz nihil timeam.labor: improbus omnia vincit.

Et deus audaces ipse iuuare solet.

Parisius veniam studioqz vacando deceni

Artibus insistam: non remorabor iter

Postea coloniam(Domino ducente) reuertar

Legales apices consiliare mihi.

Pagina diuina/necnon decreta/laborum

Finis erunt.fuerit si mihi vita comes.

Sicqz meum nomen nullo preeunte magister

Brunelius dicar:nomine reqz simul.

Si quis brunelium non addens forte magistrum

Dixerit ille mihi publicus hostis erit.

Nominis ergo mei fama preeunte celebri

Subsequat: orator: publicus absqz pari.

Ovibus adueniet populo comitante senatus:

Plebs ruet: et dicet.eccce magister adest.

Presulis et fratribus concors sententia nostro

Se velit auxilio/consilioqz regi.

Illud erit stabile quod nos statuemus in vrbe:

Derba sed nostra legis ad instar erunt.

Quod minus in cauda/quod et equo maius in aure

Tunc fuerit:redimet nomen honore suo

Maius erit lucrum nostrum qdamna fuerunt:

Gloria finalis crimina nostra teget.

Qualiter brunellus vadēs pari

suis inuenit in via sociū gherardū.

t Alia dum replicat:comes est sociatus eunti

Parisius tendens sarcinulasqz ferens:

Lui brunellus(aue dicto)dedit oscula/querens:

Quis sit:et vnde natus/quo citius ire velit.

Ille refert:siculus ego sum.cupiensqz doceri

Parisius propero.sit via tuta precor

Lui brunellus ait:tria sunt communia nobis.

Hotum:causa/solum/sit via quarta peto.

Annuit gherardus:socioqz ferenda petenti

Capsas et libros tradidit ille suos.
Inde simul dextris sociali federe iunctis
Parisius properant, pectori voce pede.
Cum simul pergit socio brunellus eunti:
Quis sit et unde (refert) que libi causa vie?
Quos tulerit casus que sit discrimina passus.
Qualiter acciderint illa vel illa sibi
Qualiter a patria primo discessit et ad quid.
Consilium dederat quod galienus ei.
Brunette casus varios casumqz bicornis/
Actibus expositis tempus vtrumqz notans.
Qualiter accepit a frumentatore salerni
Londonis orto vitrea vasa decem
Qua ratione canes frater fromundus in illum:
Misericordia et quantum perdidit ipse miser.
Inde canum mortem narrat saltumqz sequentem
Fratri fromundi iudiciumqz dei.
Addidit et titulos bustali marmore scriptos:
Nunc quoqz parisius qua ratione petat.
Talia dicenti: casusqz suos memoranti
Reddidit gherardus talia verba sibi.
Quam variis vicibus humane res variantur
Non est res facilis dinumerare mihi.
Quam minima causa magnum discriminem oriri
Posset ab effectu res manifesta docet.
Narratio gherardi de filio presbyteri et pullo galline.
e Ontigit apulie celebriter digna relatu
Tempore guilhelmi principis huius anni.
Presbyter urbanus quidam digressus ab urbe
Longius agrestem cepit habere casam.
Qui dum temporibus cunctis sua rura colebat:
Multotiens segetum copia multa fuit.
Fecerat et natos propria de coniuge dici.
Coniunx presbyteri si licet absqz nota.
Quorum gundulphum quedam quem vidimus ipsi:
Cum puer esset adhuc contigit esse domi.

Lūqz foret frugum custos patris ostia seruans:
 Consuevit virgam sepe tenere manu.
 Contigit ergo semel pullis comitantibus eius/
 Loppa q̄ intraret cirrea grana legens.
 Lūqz suam matrem pulli sequerentur egentes:
 Ostia presserunt improbitate sua.
 Quos puer elata virga quam forte tenebat
 Ledere presumpsit atqz fugare foras.
 Qui quontiam turbatus erat plus institit equo
 Transgressus verbis verberilusqz modum.
 Ira quid expeditat dum non discernit inique
 plurima dispensat: precipitando gradum
 Hepe leui tactu constat tactura perhennis/
 Atqz leui punto pignora cara cadunt.
 Lūqz puer virgam nimis excerceret in iram
 Contigit ut pulli tibia fracta foret.
 Tibia fracta diu pullo pariterqz parenti
 Tristitia causa non mediocris erat.
 Hinc dolor hincqz pudor pullum stimulauit in iram:
 Ut cuperet puero reddere posse vicem.
 Tempore crescente caro consolidata recreuit:
 Obdixitqz cutis vulnera veste noua.
 Ossa diu fracta numiū doluere dolore:
 Vulneris inflicti corde tenente notam.
 Vulneris exterius satis est obducta cicatrix
 Cruda: sed interius vulnera corda tenent.
 Jam proscripta diu proprias remeauit ad oras
 Tibia: sed facti mens memor exul agit.
 Pes graditur recte: femur est sine vulnera sanum:
 Nil sapit elisum: tibia sana coit.
 Claudicat est animus: pectus sine vulnera languet.
 Cor queritur: mens est vicerē plena graui.
 Vltio suspensa sine qua mens lesa quieti
 Nil habet: exspectat perwigil ante fores.
 Nulla quies mentis lesa nullūqz leuamen.
 Nil nisi vindicta: pectora lesa leuet.

Non mergus stagnum/fugientem non lupus agnū.
Turba canum leporem/vel fera capta fugam/
Nec plus piscis aquam/nec auem plus nīsus alāndā.
Quam mens vindictam lesa videre cupit.
Hic quoqz gundolphi pullus cupiebat iniqui
Humere vindictam: si locus esset ei
Creuerat in gallum sextum iam pullus in'annum:
Fungens defuncti patris honore sui.
Creuerat in multum iam iam gundolphus in altum:
Iamqz suo patri substituendus erat.
Iam nihil obstabat/iam nil deerat:nisi solus.
Ordo sacerdotis nuper habendus ei.
Presul enim victus precibus/meritisqz beati
Rufini/vota sensuit elle rata
Constituitqz diem quo sanctificatio tanta
Debuit impendi: more locoqz loci.
Sabbata natalem domini preuentia festum
Terminus est punctus: vrbis carabella locus.
Gundolphū prouehi cupiunt/gaudentqz parentes:
Iamqz parant festis munera digna suis
Ut faciant. veniunt/conueniuntqz simul.
Aula patet cunctis:onerant cibaria mensas:
Indulgentqz nimis potibus/atqz cibis.
Bachus adest festo paulo diffusus in alio:
Exhilarās populum sanctificansqz locum.
Nox aderat qua mane citus gundolphus in vrbem
Profecturus erat: sanctificandus illi.
Ad gallicantus primos iter arripiendum
Elle volunt. aberat nam locus ille procul.
Mandatur (samulis tempus presribitur) hora
Qua profecturus mane citandus erat.
Scilicet ut studeant cantus audire priores
Quos dederit gallus/nuncius ante diem.
Officeretqz satis/ si tunc surrexerit ille:
Nam nox longa nimis/et grane testat iter.
Gallus ut hec verba vigili percepit in autē

Gaudet et exultat pectore voce tacens.
 Tanta quidem super hiis fuit exultatio cordis:
 Vra quod a laude vix cohære potest.
 Quodqz preceptabat multum differre tacendo
 Vocibus explosis accelerare parat.
 Quam dolor excludit immittunt gaudia vocem;
 Hec sua plectra monent: hec reticere iubent.
 Inter utriusqz manens neutri consentit, utroqz
 Vincitur et vincit voce tacente tamen.
 Jam nocta fere fuerat consumpta bibendo:
 Cum iam fessa mero dant sua membra thoro.
 Tempora nocturna studio delusa bibentum
 Nec bene distincta preteriere cito.
 Nec mora potantum potuit noctem remorari:
 Quin non consueta lege ligaret eos.
 Atfuit interea cantandi temporis hora:
 Sed canto: vocem subripit atqz sonum
 Vox silet et canto: toti silueri ministri
 Pocula noctis somnus quos vigilare vetant
 Admiransqz diu gallina silentia galli
 Et quod ab officio cederet ipse suo.
 Leuiter accedens sponso suggestit in aure:
 Quod iam transiit tempus et hora simul.
 Qui respondit ita, noli vexare quiesce:
 Semper eris itulta itulta recede precor.
 De cui itulta comes sociali federe nupsit:
 Non erit illius absqz dolore thorus.
 Nec minus illa tamen nimis importuna marito
 Initit: ut noctis tempora certa notet
 Ille, sed econtra tentans cohære loquacem
 Porrigit inde preces: intonet inde minas.
 Illa tamen iurat nisi tanta silentia soluat
 Ille, q; illa canet concutietqz dominum
 Impatiensqz more raucas de gutture voces
 Profert, quaqz potest voce sonare sonat.
 Quia cum audita quidam respondit eidem,

Desine coppa precor nam nihil est quod agis.
Quāuis gallina nocturno tempore cantat:
Non ideo citius lux orienda venit.
Nos ruit intera domus quietate profunda
Tota sepulta iacet dormit et ipse vigil
Omnia somnus inhers operit gundolphus et ipse
Dormit et in somnis somnia grata videt
Ordine suscepso iam se putat esse reuersum:
Indutusqz sacris iam celebrare parat.
Canto:isqz videt niueo sub tegmine gallum
Obtinuisse vices: atqz tenere chorum.
Introitus mille quē gallus voce sonora
Omnibus inuitis intulit iste fuit.
Omnia que dire nobis fecisse videris.
Iudicio iusto facta fuisse liquet.
Lūqz calix magnus vinoqz repletus adesset
Hauit: et a fundo viscera tota tulit.
Lūqz calix saperet assumptus et ipse fuisset:
Letra perfecit ordine cuncta suo.
Sed finem mille cum cantor debuit ite
Dicere: conticuit signa nec vlla dedit.
Talibus obstuپuit vialis gundolphus: et altis
Vocibus exclamans est ait: est ne dies
Qui respondentes famuli dixerent volenti
Surgere sustineas tempus adesse tuum.
Nondum cantauit gallus qui tempora(nobis
Inuitis) cantu significaret ea.
Nouit enim melius q̄ nos di scrimina noctis:
Pars quota transierit pars quota restat adhuc.
Nos est longa nimis: superest pars maxima nobis:
Verge latus dormi non breve tempus habes.
Nos hyemalis enim tribus est perlonga diebus:
Nec ab momento dissiluisse potest.
Nos vigiles erimus gallo mediante fidelis:
Qui q̄uis vellet subticuisse nequit.
Gallus ad hec tacite galline dixit in aure.

Obses ego vobis nec fidelissor ero.
 Ut poterit fiat:lex est quam texera dictat
 Qui iacet hic iaceat:qui bibit ille bibat.
 Dum loqueretur ita/clarum iam mane fenestras
 Intrat:et ad rimas lux manifesta ruit.
 Jam phebus radios toto diffuderat orbe:
 Jam bobus iunctis vertit arator humum.
 Gundolphus surgens/et palmis pectora tundens
 Hic ait.en malem mortuus esse modo.
 Et nimis accelerans strato femoralia linquens/
 Protinus ad stabulum sternere currit equum.
 Frenum cum sella transacta nocte bubulci
 Transtulerant:solito nec fuit illa loco.
 Insilit inde tamen frenum redimente capistro:
 Nec cedit ad patrem qui benedicat ei.
 Fortiter elius cursu dum transuolat urbem
 Lorruit in terram largus aberrat equus.
 Initit ergo pedes:sed cum peruenit in urbem
 Ordinibus factis senior ora fuit.
 Lectio tota fuit perlecta:legensqz tu aut
 Dixerat:et pueri vox resonarat amen
 Quid faceret gundolphus ad hec:medicina dolori
 Restabat nulla/qz remeare domum.
 Ergo domum propere tristis/multiqz pudore
 Confusus rediit:flensiqz/gemensiqz satis.
 Hinc pater/inde parés cum tota prole parentum:
 Gundolphum plangunt:pectore/voce/manu
 Confusi redeunt qui conuenere parentes:
 In lachrymas etenim gaudia versa vident.
 Arguit hic vigiles:causatur et ille bibentes:
 Impetit hic gallum:damnat et ille merum.
 Talibus auditis nido gallina relicto
 Exit:et gallo talia verba refert.
 Gundolphus noster rediit frustratus ab urbe
 Tristis:et in lachrymas totus abire parat.
 Et pater et genitrix frater et misereqz sorores/

In lachrymas abeunt: talia luctus habent.
Quavis gundolphus laqueo suspensus abiisset:
Non possent eius funera flere magis
Imponuntqz tibi culpam discriminis huius:
Hic quasi totius causa caputqz mali.
Talia dicenti gallus respondit: inquam
Non puto: sed dignam: pro vice dare vicem
Nullus eram quondam gundolpho percutiente:
Tibia fracta fuit: ipse recordor adhuc.
Materiam prior ipse mihi causamqz doloris
Intulit iudicio tibia fracta manet.
Ipse prior risit: dum vulnera nostra dolerent:
Nunc ego derisum rideo lege pari.
Sic variat fortuna vices: sic gaudia luctus.
Occupat: excelsa sic cecidisse solent.
Eroptata diu dulcis medicina doloris
Sero licet veniat grata venire solet.
Nunqz sero venit morbi medicina cruentis
Quolibet antidoto: dummodo curet eum.
Que venit et facili nullo precente dolore
Vltio delicti: dulcior illa venit.
Letus ab hoste meo vicit: sum. cedo triumpho.
Vltus et est animus ore tacente meo.
Bella gerunt alii: sicut nostra silentia nobis:
Voce tubisqz canant: nos tacuisse iuvat.
Quo lenius nobis cessit victoria belli:
Victoris tanto gloria maior erit.
Non opus est armis: ubi vox suppressa triumphat:
Qui bene dissimulat: et tacet: ille sapit.
Hostibus ergo meis lachryme pro sanguine stillent:
Vulneris obtineant ira dolorqz dicem.
Vulnus enim cordis dolor est: grauiusqz perurit.
Intima: qz gladius exteriorqz fecat.
Exterioris enim levius est medicina doloris:
Sed vix aut nunqz saucia corda vigent.
Serius admittit animus solatia lesus:

Quam medicinales saucia membra manus.
 Vir ea fatus erat gallus, cum morte soluti
 Lesserunt pariter hinc pater inde parens
 Mor patre defuncto patris est gundolphus ab ede
 Pulsus et exterius tradita tota domus.
 Gundolphusqz miser pauper mendicus et omni
 Auxilio vacuus cessit ab urbe procul.
 Mansit apud multos tamen hoc memorabile factuz:
 Hocqz patres natis sepe referre solent.
 Ut memores facta sic se moderentur ubiqz:
 Ne de post factum penitusqueant.

Qualiter brunellus venit pari
 sius cum gherardo comite suo.

t Alia cu pariter gradientes plura referrent
 Parisius veniunt hospiciumqz petunt.
 Corpora fessa quies recreat: tenuisqz diete
 Famna recompensant mensa calisqz frequens.
 Olia cutem neruos que vel labor: aut via longa
 Quassarat: refouent balnea cura quies.
 Brunellusqz sibi minuit crinesqz totundit:
 Induit et tunica se meliore sua.
 Perus et ablutus tandem progressus in urbem.
 Intrat in ecclesiam vota precesqz facit
 Inde scolas adiens secum deliberat utrum
 Expediat potius ista vel illa sibi.
 Et quia subtiles sensu considerat anglos:
 Pluribus ex causis se sociavit eis.
 Moribus egregii verbo vultuqz venusti
 Ingenio pollent: concilioqz vigent.
 Dona pluunt populis et detestatur auaros:
 Feruila multiplicant et sine lege bibunt.
 Quescul et dunchail necnon persona secunda
 Hec tria sunt vicia que comitantur eos
 Huius tribus exceptis nihil est quod in hiis reprehendas:
 Hec tria si tollas cetera cuncta placent.
 Nec tamen hec ita sunt semper reprobanda: q illis

Esse locus nequeat tempore sive loco.
Nam duo precipue sunt exclusua doloris:
Leticieqz vias insinuare solent.
Tertia res cohibet qua dicitur esse referta
Hallia fermentum quod nocuisse queat.
Hic comes anglicis prudens desiderat esse:
Possit ut illorum conditione frui.
Est in eis etiam quoddam (cum publica fama
Somniat) adiungi cur magis optet eos.
Si de coniunctu mores formantur eisdem:
Lui nihil accrescat si comes esse queat.
Si quid eis preter sortem natura ministrat
Ante be retro bonum cur nihil inde ferat.
Accelerans igitur studio studiosus adheret:
Ut discat lepide grammaticeqz loqui.
Sed quia sensus ebes ceruis predura magistri
Dogma non recipit: cura laborqz perit.
Jam pertransierat brunellus tempora multa:
Et prope completus septimus annus erat.
Cum nihil ex toto quodcūqz docente magistro
Aut socio potuit discere preter A b
Quod natura dedit quod secum detulit illud
Hoc habet: hoc illi nemo tulisse potest.
Cur a magistrorum multūqz diu studuisse
Demum defecit victa labore grani.
Dorsum se baculus lateri se virga frequenter
Applicat: et ferculam sustinuere manus
Semper A b repetit: nihil est quod dicere possit
Affectu quoquis verbere preter a b.
Vellicat hic aurem nasum quatit ille recurvum.
Excudit hic dentes perforat ille cutem.
Hic secat hic vit hinc soluit et inde ligatur:
Intonat iste minas: porrigit ille preces.
Hic in eo certant ars et natura vicissim.
Ars rogat illa iubet hec abit illa manet.
Quorum principia constant viciosa fuisse:

Aut vix aut nunquia conualuisse valent
 A puero didicit brunellus A b/nihil ultra
 Quam quod natura dat retinere potest.
 Quod fuit innatum seruat natura, quod artis
 Sic abit in vento puluis abire solet.
 Perdidit expensas/periitqz labor, sed et omne
 Quod fuit impensum conditione pari.
 Spes quoqz deperit caude super instituende:
 Senticit et anglorum carmina falsa fore.

Confessio brunelli pre angustia et quomodo repre-
 hendit se cum nihil profecit.

e Rgo recordatus tandem brunellus inepte
 Damna iuuentutis/se reprehendit ita.
 Heu mihi quod vixi:quis me furoz egit ut istas
 Aggrederer partes/parisiqz scholas.
 Quid mihi cum studio/cuctoqz labore petito:
 Nonne satis potuit esse cremona mihi.
 Alpibus immensis et post mea terga relictis/
 Stultus in extremis partibus eger:agor
 De quid in has partes(patriaqz/domoqz relictis)
 Trans rodanum veni:regna videre noua.
 Que mihi cura fuit per tanta pericula mortis
 Lernere francigenas/parisiqz scolas
 Nosse vel angligenos largos/gallosqz tenaces/
 Hos calices/illos multiplicare minas.
 Appulus hic veni:sed gallicus ecce reuertar.
 Brunellusqz tamen qui fuit ante manet.
 Hic nil didici.modicum quod et ante sciebam:
 Hic ego me totum dedidisse scio.
 Gallica verba duo tantum retinere loquiqz
 Si possem:certe gratia magna foret.
 Quod si forte tria scirem vel quattuor, essem
 Par iouis:aut maior:crederer esse ioue.
 Italianam facerem tanto trepidare timore:
 Quod mihi rex ipse certa tributa daret.
 Tunc ego patissim in panum non adiensem:

d ii.

Si subiecta foret sic sua terra mihi.
Non modo vadit ita:longo mea stamina parce
Werterunt aliter q̄ mea vota forent
Lura mihi certe multa,sed fata fuerunt
Que mala multa mihi nilqz dedere loqui.
Quod satis appareat quia toto peior in orbe
Non est conditio conditione mea.
Sensus ebes meus est:mens sapo durior omnis:
Durius hoc pectus est adamante meum.
Cor/caput et cerebrū sunt ponderis:atqz metalli
Eiusdem plumbō nam grauiora magis.
Ferrea crura mihi latus est quasi lamina'plumbi/
Non est in toto corpore vena meo.
Enea tēu puluis cutis est mea/que tamen ictus
Accipit incassum:nunc nihil inde dolet.
Non ego verberibus nisi per maledicta perire
Possum.malleolis vix puto esse mori.
Cur mea ne mater maledicto fudit ab alio:
Cur gladio iugulum non dedit ipsa meum.
Tristis abortiuum si me peperisset in euum:
Quā fortunata/qāqz beata foret.
Cur lupus esuriens partes non venit in illas
Tolleret et partum:dum tener esset adhuc:
Qui mea ne mater primis deuouit in annis
Atqz venire casu/sepe rogauit eum.
Hinc ego pro certo non solum preda futuris
Esca sed et rapidis auguro: esse lupis
Nam celer euentus(si fas est credere fame)
Maternis precibus semper adesse solet.

Somnium brunelli.
q. Hocqz magis moueor/me certe pericula terrent:
Preterita nocte somnia visa mihi.
Nam pater et mater domino pro me piece fusa
Drabant:et in hec verba/fuere pieces.
Etsi deus clemens nobis/et ab ore lupo rum
Eripe brunellum:facqz redire domum.

27

Sanus et incolunis patrias peregrinus ad oras
Brunellns redeat: liber ab ore lupi.
Non leo nec pardus/nec peste nocentior: omni
Rusticus obsistat: vel dominetur ei.
Transeat imunis per compita queqz viarum:
Difactu careat bestia queqz suo.
Hic canis elinguis/catulo non pateat auris:
Currere ne possit sit mala gutta lupo.
Quem quia nos aliis plus formidamus.ab ipso
Protege brunellum: facqz redire domum.
Vide per antifrasim/quia somnia sepe resolui
Consuevere magis mens mea visa timet
Qualia cernuntur nocturno somnia visu
Talia non debent mane sequente sequi:
Sed vice conuersa sunt exponenda vicissim
Atqz per antifrasim somnia crede mihi.
Si bona vidiisti/tunc aspera multa sequentur
Si mala non dubites prospera multa sequi.
Hic mea consuevit exponere somnia mater:
Hic erat prudens atqz discreta nimis.
Mater ob hanc causam litem cum patre frequenter
Instituit super hiis plurima verba ferens:
Ipse tamen matri semper contraria sensit
Et sua dicebat dogmata falsa fore
Ut pote qui fuerat astrorum lege peritus
A puero doctus signa notare poli.

Sententia brunelli de faciendo episcopo.

e T quocūqz mei super hiis sensere parentes
Mens mea tota tremit plena timore nouo
Cur tamen hec timeam:cum non sunt iure timenda
Que nequeunt alio stare/vel ire modo.
Fata nec id dubito sed quid statuere futurum
Eueniet.contra nemo venire potest
Rebus in humanis ceu decreuere futurum
Fata,g eueniat semper oportet ita.
Nemo sui fati vel deuitare tenorem

Vel mutare potest. ergo nec ipse mei.
Et tamen ignoro que sunt mea fata futura:
Prospera vel dura vel bona siue mala.
Pontificem forsam me constituere futurum:
Inqz mea patria sedis honore frui.
Nam miranda solent magis hiis contingere mundo
Quam mihi contingat pontificale decus:
Et si contingat me pontificalibus vti:
Quo poterit capitis mitra sedere loco.
Auribus erectis:ceu mos est pontificalis
Nullus erit mitre de ratione locus.
Presulis in mitra non est sua tota potestas
Quamvis et offici signa sacra gerat:
Inter eos ergo non est distinctio mitre.
Immo potestatis que comitatur eam.
Mitra caput nostrum sine munere pontificali
Nulla deaurabit auxiliante deo.
Mitra non ascendet caput neqz cornua sumam:
Si non affuerit quod solet inde sequi.
Eterea cum desint que sunt comitantia mitre:
Quid iuvat hac sterili conditione scui.
Plenus presul ero quia pontificalibus vti
Nolo velut mulus: sed volo sicut equuis.
Mulius et abbatis mitra sophistica semper
Sint procul a nobis: et decus absqz deo
Abbatum steriles mitras (quas nulla sequuntur
Crismatis officia) non probbo: sintqz procul.
Signere cum nequeat sua sic genitalia gestat
Mulius et est sterilis tempus in omne suum.
Cum rem non habeat sua sic insignia gestat
Hui qui nomen habent: officioqz carent.
Absit vt offendam vel talia cornua sumam,
Qualia sumpserunt ille vel ille sibi
Integer et plene totus volo pontificari
Ut non sit sine re nomen habere rei
Nomen habent sine re qui sic sibi cornua sumunt:

28

Et nihil vterius exhibuisse valent
Absit ut hoc faciem vel sic mihi cornua sumam:
Cornua multiplici premutulata modo.
Auribus esse meis contentus malo duabus:
Quam duo sic nasci cornua posse mihi
In quibus excellunt quoniam patiuntur eclipsim.
Mulus et abbates sunt in honore pares.
Abbatis tantum capiti valet infula quantum
Testiculos mulo pendere quisqz velit
Qui nunc pontifices sunt sunt apocopati.
Ne sint abbates sincopa mitra facit.
Nomen habent sine re portant insignia monstra
In quibus effectus nominis omnis abest.
Non ita brunellus capiet sibi nomen honoris:
Non sinet imponi cornua vana sibi.
Munus ab obsequio vel lingua preambula vocis
Aut immunda manus non maculabit cum.
Non erit intrusus fedo cum simone fedus
Non paciscetur premia nulla dabit
Sed neqz permittet quia nunqz cauteriatam
Mentem sed sanam presulis esse decet
Non prece nec precio sed nec terrore potentunt
Brunello veniet pontificale decus.
Ingrediar simplex et sana mente. si autem
Presul in eternum non ero crede mihi.
Ordine legitimo gradiar cleroqz vocante
Ingrediar: ne quis me reprobare queat
Ne postqz fuerit tanto donatus honoris
Dicere quis posset improferando mihi:
Hic ascendisti: sic es promotus: et a me
Hic es ingressus pastor ouile tuum.
Ut presul fieres pepiglati talia nobis:
Esto memor verbi: cur facis hec vel ita.
Pontificis vita liber est: quem iure legendus
Sumere quisqz sibi debet: eumqz sequit
Pontificis mores clerus/ populusqz fidelis

Debet in exemplum semper habere sibi
Nil in eo vici vel non virtutis haberi
Condecet, ut forma sit gregis ipse sui
Non leuiter ligat aut soluat, queqz potestas
Fit preciosa minus ex leuitate sui.
Simpler non duplex/blandus non blesus/honor
Non oneri studeat ciuibus esse suis.
Qui sua largiri debet: non hunc aliena,
Quolibet optentu diripuisse decet.
Non nisi sit simplex oculus mentis, tenebrosum
Totum corpus erit: totaqz vita sequens
Et quod habet mundus totus virtutis: in unum
Pontificem veniat, vix reor esse satis.
Quiqz tenetur ad hoc sit ut omnibus et via duxqz.
Nil ergo vicii debet adesse sibi.
Non odium vel amor ebetent rationis acumen:
Non oculum cordis sex nebulosa tegat.
Non caro/non sanguis/que sunt facienda reuelet
Primum pontifici, spiritus immo dei.
Nil faciet quod amor carnis/vel suaserit ira:
Hec quia precipitat: ille trahendo ligat.
Sit baculus claudio/sit ceco lumen/egenti
Copia/spes lapso/consiliumqz reo
Et veniant ad eum dolor et gemitus viduarum:
Pauperis et lachrymam iudicet esse suam.
Lausa pupillorum sua sit: sibi credat ademptum
Quod non abstulerit pauper ab ede sua.
Non inopem spernat/ multum venerando, potentem
Est hominis faciem/ cernere corda dei.
Non sit captator: fame popularis inepte.
Non studeat mundo sed placuisse deo.
Namqz quid est aliud qd ventus et aura recedens
Laus populi/ celebris fama/fauorqz breuis.
Quid iuuat ad famam populi sibi consiliandam
Tollere pauperibus/diuitibusqz dare
De lachrymis inopum ventrem faciare potentum

Nescio quem laudis debet habere locum
Sanius est famam dum non de iure laborat
Spernere quod redimi conditione graui.
Multi dum laudes hominum venerantur ad horam
Infames fieri promeruere diu
Ad laudes hominum nimias sibi consiliandas
Qui nimis aspirat: non sapienter agit

Stulta gloriatio brunelli de seipso.

e Rgo cum fuero presul promotus in vrbe:
In toto mundo par mihi nullus erit.
Obuius exhibit populus mihi totus in vrbe:
Dicet et (obstipo vertice) presul ave.
Quid mea tunc mater (cum me benedicere clerum
Viderit. et populum) dicere queso potest.
Exhilarata diem tempus benedicet et horam:
Qua peperit natum me benedicta suum.
Et pater ille meus quanto gaudebit honore:
Cum dominum dicent: pontificisqz patrem.

Responsio brunelli in se.

f Dicitan emeritos patrem matremqz videre
Rusticus accedit: excutietqz caput.
Dicet et occulte: quoniam versutior vslqz
Ad mare non poterit esse repertus eo.
Magna puer vidi: sed adhuc maiora videbo
Si fuero solpes: et mihi vita comes.
Tempora brunelli modo sunt: quandoqz fuerunt
Alterius. vitio est non habuisse vicem
Pontificis tanti. nunc tempora sunt in honore
Que prius alterius conditionis erant.
Eius et ipsa parens (que nunc communia spernit)
Auguro: assuetum prona subibit onus.
Deferat et laccum pater eius ut ante solebat
Desinet et dici presulis esse pater.
Est quoqz quod timeo quoniam de iure timere
Debo: nam modicum quid nocuisse potest.
Logitat etiam de preposito
ciuitatis quid sibi acciderit.

v Nbis prepositus fuerit nisi forte coactus
Non me suscipiet congrua causa subest.
Namqz meo patri saccum summamqz farine:
Surripuit furto: res bene nota fuit.
Rumor erat celebris vicinia tota sciebant:
Urbs est tota mihi testis et ipse deus.
Conduxere sibi nostri Ianitoris in aulam
Tres pariter fures tertius ille fuit.
Nequiter et nocte veniens tollere plura
Si licuisset eis proposuere sibi.
Primus equum tulit: alter ouem tulit: ille farinam
Qui modo prepositus extat in urbe sua.
Egressiqz domum cum iam remeare pararent
Certantes subita dissilisse fuga.
Nescio siue pedum strepitu casu ve molosi
Existit. veniunt prepediuntqz viam.
Acceleransqz pater preuenit eos: et in arta
Vincula coniecit: compedibusqz dedit.
Mane quidem facto ciues venere vocati:
Hui quibus et fuerant tradita iura fori.
Larcere producti manibus pedibusqz solutis
Stabant. quisqz suum turpe tenet onus.
Quos timor exangues quos et pudor ipse parentur
Fecerat elingues: immemoresqz sui.
Insistendo diu tandem cepere fateri
Quos tamen ante satis constituit esse reos.
Crimina confessos populus decreuit iniquos
In cruce suspendi: quam meruere sibi.
Tota nocte crucis famuli funesqz parabant:
Debuit et mane quisqz subire suam
Tum mihi cui mecum miseratio crevit ab alio
Suggescit miseris ut misererer eis.
Non tamen oblitus vulgi memorabile verbum
Quod solet ex tali conditione sequi.
Inter mille viros erit ille nocentior hostis.
Quem te constituerit surripuisse cruci.

Sed tamen hiis spretis tandem miseratio mentem
 Dicit: et euicit me pietatis amo:
 Clauibus ergo patris clam sumptis/ clamqz relatis/
 Rem grandem feci: quāqz recordor adhuc.
 Larceris e fundo fures de nocte solutis
 Compeditibus solus et sine teste tuli.
 Nam si forte nephias tm sciretur in vrbe
 Protinus inficta debita pena foret.
 Hicqz recedentes (nostro mediante labore)
 Euasere simul verbera/ verba/ crucis.
 Quosqz meis humeris ne forsitan alter adeset
 Conscius exposui/ trans vada/ transqz vias.
 Tres simul atqz semel (ne quis remaneret eorum)
 Impositos humeris longius ipse tuli.
 Nec postq ferre didici mala pondera: pondus
 Ne memini tale tamqz tulisse graue
 Quisqz latit per se fuerat graue pondus: in unum
 Quanto collecti plus nocuere mihi.
 Annis quingentis (si vixero) ponderis huius
 Pre gravitate mihi corpore peior ero.
 Ponderis illius quia me tulit inde deorsum
 Quin memo: existam: non erit illa dies.
 Malo tamen miserios nostro seruasse labore:
 Quam non seruatos exposuisse cruci.
 Lūqz vale facerent et fletibus ora rigarent
 Talia prostrati, vir valueret loqui.
 Ecce tui domine brunelle per omnia serui
 Nunc et in eternum tres sumus ecce tui.
 Tu dare nos poteris tu vendere tuqz vocare:
 Quo tibi cūqz placet et veniemus eo.
 Tu tribus hiis miseris vitam veniamqz dedisti:
 Sed data non nostra sed tua semper erit.
 Nostrum quisqz tibi seruus remanebit in eum
 Tempore nec quouis desinet esse tuus.
 Iure tuus debet seruus certissimus esse
 Quem tu saluasti. carcere/ fune/ cruce.

Quæqz tuis humeris dignatus es ipse magister
Et dominus ferre non erit ille tuus
Ablit ut ille tuus non sit qui nec suus esse
Posset in eternum si tibi velle foret.
Et si vita comes fuerit nos retribuemus
Hanc tibi condignam pro vice iure vicem.
Detqz deus nobis tempusqz locumqz nec ante
Quam tibi reddamus nos potuisse mori.
Ita satis memini quoniam dixerunt ruentes
Sepius in terram tres sumus ecce tui.
Ne be nephias patri populoqz pateret et urbem
Huius ita dilapsis mox ego vincia tuli.
Et mea culpa miser necnon mea maxima culpa
Celitus assertui singula rupta fore.
Quodqz dei sanctus veniens leonardus eorum
Vincula soluisset. qz tulisset ea
Hinc ergo vereor ne vulgi verba secundum
Prepositus reddat facta priora mihi
Proqz bonis satagat mala reddere. neqz prioris
Ob causam meriti nolit habere parem.
Non desperarem super huius nec iure timere.
Conscius admissi criminis ipse fui.
Insita si milero generosi sanguinis illi
Nature studio stilla vel una foret.
Nam solet hoc proprium generosi sanguinis esse
Eondignam in meritis reddere velle vicem.
Contra naturam niti moresqz caninos
Quam sit difficile dicere nemo potest.
Stigmata nature seruillis conditionis
Tollere nec medicus nec medicina potest
Semper ab effectu que sit natura vel unde
Venerit ascendit nec latuisse potest
Discellus brunelli a ciuitate parisiensi.
Alia brunellus secum meditatus ab urbe
Parisiis statuit mane referre pedem
Ergo vale dicto sociis et flentibus illis

Omnibus:exit abit acceleratqz gradum,
 Montis in ascensiū positus post terga relictare
 Parisium cernens:obstupefactus ait.
 Sancta maria deus·crux xpī me benedicat:
 Hac in valle situs quis locus esse potest.
 Hec est roma puto magnis circundata muris:
 Vrbs ita turrita quid nūl roma foret.
 Atqz quid esse potest aliud q̄ mons iouis iste:
 Sancta maria deus est ita roma prope.
 Vrbs in qua studui/cuius modo nomen ab ore
 Fugit et a corde.de mihi:qualis ego
 Ergo domum repetens(patri matrigz roganti)
 Quomodo profitear me ituduisse loco
 Ne forte trutannum/me nūl didicisse parentes
 Dicent:et sumptus deperiisse suos.
 Ergo reuertar ego/nomen quod nescio discam:
 Ne crudis in patria/predicer ipse mea.
 Num nihil illud erit cum nomina certa locorum
 Dixero,contingens me tenuisse scolas.
 Et si nescirem del nomina sola referre.
 Quicquid ego dicam credere nemo volet.

De silentio brunelli.

t Alia dicens iam iāqz redire volenti
 Rusticus adueniens obuius inquit ei
 Parisius brunelle tibi que causa petenti
 An docuisse venis:an didicisse tibi.
 Nomine parisius statim brunellus adepto
 Vertit iter retinens nomen in ore suo
 Quod ne perdat item casu studioqz loquend
 Accidat.dt rursam sicut et ante sibi.
 Nil omnino loqui statuit ter quinqz diebus:
 Excepto solo nomine parisius.
 Quicquid contingat quicūqz salutat eunt
 Nil respondebit)sed quasi mutus erit.
 Qualiter brunellus violauit silentiū suū
 c Ontigit interes q̄ cum completa fuisse:

Religione sub hac iam duodena dies
Quidam romipeta peregrinus ab urbe vicina:
Alpibus in mediis se sociavit ei.
Accedensqz prope dixit reuerende magister
Sit dominus tecum. sit tibi mane bonum.
Prospera tota dies succedat vespera clarum.
Hospicium gratum in oris quieta tibi.
Sed brunellus ad hec indicta silentia seruans
Nil respondit ei. verba nec illa dedit
Sed tamen inclinat supplex verboqz salutis
Mutibus et signis annuit ore tacens
Hospicium subire simul quo fessa diurno:
Membra labore suo nocte dedere thoro.
Eiusqz pater noster peregrinus in ore frequenter
Volueret. erorans sollicitansqz deum.
Euigilans brunellus ait solum quod habebam
Verbum subripuit vox peregrina mihi.
Syllaba consimilis verbi totiens repetiti:
Nomen subripuit urbis ubi studui.
Me nimis intentum reddidit ille sibi
Perqz suum simile verbum peregrinus inique
Me supplantauit: et mea verba tulit.
Sanius est memini socialia federa rumpi:
Quam cum collega fedus inisse malo.
Hoc satis ante mihi damni presaga futuri
Mens mea predixit: vera propheta nimis
Verbum pro verbo proprium mutans alieno
Destruo septenni parta labore graui.
Verbum quod peperi nimium verbo peregrini
Par fuit in parte principioqz sui:
Finis erat dispar. quod si meminisse valorem
Me satis inferior iupiter ille foret.
Centum vel mille solidos si diues haberem
Hellem sub tali conditione dare
Nominis amissi vir syllaba prima remansit:
Quod superest reliquum desit esse memm,

Consolatio brunelli ad seipsum.

Et aliquid melius quam nil tenuisse tenere
 Que superest tantum syllaba prima mihi.
 Partem pro toto poni docuere diserti
 Nummodo remaneat sufficit una mihi.
 Nec totum superest ubi pars est una rescula
 Nec totum periit parte manente sui.
 Prestat de toto partem retinere vel unam
 Qualemque tamquam retinere nihil
 Plures non poterant forsitan retinere: sed unam
 Pluribus et aliis hanc retinebo bene.
 Artibus ex septem si syllaba sola supersit,
 Hoc mihi non nihil est nec reo: esse parum
 Et quia multotiens errare scientia multos
 fecit. et inflatos prestiti esse graues.
 Littera ne lapsum pariatque scientia damnum
 Sufficit una mihi syllaba. nolo magis
 Tedia nonnunquam generosa scientia gignit:
 Et faciunt apices moribus esse graues.
 Sepius in paucis rebus natura ministrat:
 Exerit et vires fortius ipsa suas.
 Contenti paucis studiis breuitate iuvantur
 Opprimit et sensum sollicitudo frequens
 Scire quidem multa nisi sit bene scire: scienti
 Ut verum fatear non honor est sed onus.
 Paucula de multis multi rapuere scientes
 Ni videantur in his omnibus esse suis
 Est didicisse labor: labor est etiam retinere
 Est quoque scire labor: est docuisse labor:
 Quoque magis moueor: quia nulla scientia mortem
 Qualibet arte sua dedocuisse potest
 Nonne timor mortis toto dominatur in orbe
 Omnibus et solis istud et inesse solet.
 Omnia lance pari paribus simul omnibus uno
 Pondere distribuit dura: sed equa nimis
 Hanc ego non possem non preciuuisse futuram:

Et improviso ne mihi dicat obi.

Compunctio brunelli ad intrandum religionem,
sed nullam inuenit conuenientem.

h Inc ego disposui me tradere religioni

Dicitur valeat saluus spiritus esse meus.

Dicitur senex redimam iuuenilia tempora: vitam

Ifas est ut satagam corripuisse meam.

Quod superest modicum vite ne tota deorsum

Deficiat: hoc opto claudere sine bono.

Et melius sero quam nunquam penituisse:

Quem pudet erroris penituisse decet.

Et si mane fuit vel tota dies nebulosa:

Dobscurum redimat vespера clara diem.

Quod male dispersit incircuspecta iuuētus:

Eius in flore suo prodigia facta sui.

Damna iuuentutis redimens annosa senectus:

Colligat in fructu floribus uita suis.

Spes fuit in flore sed flos defloruit. a spe:

Spes cecidit. fructu deficiente bono.

Spes abiit florum. spes una nouissima fructus:

Dum superest aliquid utilitatis agat.

De re tam certa nil morte latentius ipsa:

Omnes ipsa latet omnibus ipsa patet.

Rebus in humanis mors est res publica nobis

In qua quisque vicem proprietatis habet.

Si que tamen propria res est. vel publica morte:

Nulla magis propria. publica nulla magis.

Ergo quid hic facio nisi quod deseruo mundo

Mors mihi cras dicet en ego. surge venti

Sonia brunelli de diuersis religiosis existentibus

n Il igitur superest nisi tantum religioni

Me conferre: procul sit precor ergo mors.

Sed quia diuersae species sunt religionis

Nescio precipue que sit habenda mihi

Si cruce signatis tubea me confero templo

Trans mare me missent soluere vota deo.

Seruus ero. seruum facient procul esse seorsum
 Seruiet et forsam in regione tyri
 Non tamen ibo pedes sed equo qui pastus auena
 Crassus et ad calces sit tener atqz leuis
 Quiqz pedem seruans et fractis gressibus errans
 Molliter incedat regula nostra iubet.
 Scandere trotantem prohibet quoqz regula nolo
 Quod per me careat ordo rigore suo.
 Ingredior miles nec candida pallia desint:
 Sed tamen ad bellum non redditurus eo.
 De cute corrigiam nostra soldanus habebit:
 Et comedet carnes bestia seu meas.
 In circuncisi gladius mea viscera fundet.
 Detracto corio cetera tradat humo.

De hospitulariis alba cruce signatis
 r Ihsus si fuero crucis hospitularius albe
 Ad libanum mittar ligna referre domum.
 Cum lachrymis pergam scutica cedente remordi
 Et venter vacuus et quasi vellus erit
 Multa licet subeant mihi nil de iure licebit:
 Preter mentiri magnificando domum.
 Et si transgressus fuero semel atqz secundo
 Vade foras dicent: diripientqz crucem.

De nigris monachis
 e Ille niger monachus si forte velim cluniaci
 Quo fabaqz nigras cum sale sepe dabunt.
 Surgere me facient media de nocte: volentem
 Amplius in calido membra souere thoro.
 Quodqz magis nolem pellent me surgere sursum:
 Et geminare meos in dyapente tonos.
 Voc est rauca nimis quavis sit et ipsa sonora:
 Pectus et obscurum tussis ahela grauat.
 Psallere si nolim: facient me ferre lucernam
 Debita redentes premia mane mihi.
 Multotiens carnes et pinguis nonne vorare
 In feria sexta sepe licebit eis.

Pellicias portant et plura recondita seruant:
Que non sunt sociis omnia nota suis.
Sed neqz sunt dominis abbatibus omnia nota:
Quāvis vel cupiant precipiantqz satis.
Quod si contingat stabilita silentia soluit:
Lorripient verbis verberibusqz simul.
Et si percutiam (vino stimulante vel ira)
Me graubus culpis carceribusqz dabunt.
Qui nisi claustrali multūqz diuqz studenti
Experto tribuunt exteriora loca.
Non amor abbatis ibi nec cognatio queuis
Contra claustrales obtinuisse potest.
Ordinis aut moris nunq̄ dispendia quisq̄
Fratribus ex nigris sustinuisse valet.
Non comedunt vel emunt sua predia vel prioratus:
Omnia sed gratis distribuuntur ibi.
Si quam de membris nebulam contingit oīri:
Hanc caput exsorbet nobilitate sua.

De monachis albis

I fvero monachus albus generalia dura
Hui pulmenta duo sed bene cocta dabunt
Hoc odiunt quod ego sine fratre fideliter odi:
Scilicet ut prope se rusticus arua colat.
Agrorum cupidi nunq̄ metas sibi ponit
Viciniis vellent peatis iniqua suis.
Fac et lana greges ouium pecorumqz ministrant
Quod satis est q̄uis nil satis esse putent.
Paucis contenti non cessant querere magna:
Et cum possideant omnia semper egent.
Ocia lectari non me patienter ibidem:
Sed bene me pascent in nouitate mea.
Omnibus iniungunt operas ne desidiosus:
Aut quandoqz vacans iueniatur ibi.
Sabbata raro colunt male respondente coquina:
Et ibi virga frequens atqz dieta grauis.
Non comedent carnes nisi cum permiserit abbas

Prepositus ve loci de pietate sua
 Et quia quadrupedum prohibet sua regula carnes:
 Nec sinit his vesci pro grauitate sui.
 Que volat aut currit semper cupiunt bipedalem:
 Non quia sit melior sed quia raro magis
 Cum tamen illud agunt testis vicinia sumi
 Non erit aut facti conscientia facta sui
 Carnibus assumptis vestigia nulla videbis:
 Nec clamant ossa namqz sepulta iacent
 Tres etiam tunicas de iure duasqz cucullas
 Omnes accipiunt et scapulare breve
 Tedia de nocte femoralia nulla iacenti
 In lecto facient: si procul iste timor.
 Nescia brachiarum genitalia membra deorsum
 Nocte dieqz simul libera semper erunt.
 Ergo quid facherem veniens si ventus ab austro
 Nudaret subito posteriora mea
 Quod si contingat mea nuda pudenda videri:
 Nunqz de reliquo monachus albus ero
 Dispensare tamen tecum poterunt ut oportet
 Ne crux quam porto sit manifesta foio
 Membra pudenda magis magis est texisse necesse:
 Atqz minus dignis maior habendus honos.;
 Est in fratre suo sua vel texisse pudenda
 Vel deteruisse qui tegit illa sapit.
 Tu tibi quod non vis fieri ne feceris ulli.
 Quod cupis ut faciat quis tibi fac et ei.
 Frater ab effectu non solo nomine dici
 Frater habet sine re nomen inane tenet
 Sunt etiam multi quos falso nomine fratres
 Dicimus et scimus hostibus esse pares
 Fratribus in falsis quia multa pericula paulus
 Passus erat scriptis inserit ista suis.
 Plurima falsorum sunt vera pericula fratrum.
 Quisqz sibi caueat a fratre suo: nec in illo
 Ponere presumat spemqz fidemqz sibi.

e it.

Kara fides fratrum quia cum sit quisq; fidelis:
Si probat infidum dum caret ipse fide.
Frater carnalis necnon et spiritualis
Fallitur et fratrem fallit vterq; suum.
Si tibi contingat fratrem reperire fidelem
Sit tibi pars anime dimidiumq; tue
Nam tot sunt facti tot falsi totq; ferales:
Quod iam mundus eos dinumerare nequit.
Qui sunt in clauistro: tanq; sathan in paradiſo
In quo constat eum iuris habere nihil.
Talia me terrent dum religionis ad arcem
Tendo.nec attendo quo ve vel unde ruo.
Forsitan et vanus timor est: vanoq; moueri
multotiens hominum corda timere solent.

De ordine grandimontensium

G Randimontanam vitam cum ueste professus
Si fuero: vereor asperiora pati.
Hui cum nil habeant nec patientur habere:
Ex nihilo semper sufficienter habent.
Abdita claustra colunt. et nulla silentia seruant.
Nescit signa manus: libera lingua manet
Non fundos nec agros nec pascua lata requirunt
Nec facit ad saccos annua lana decem
Vellera nec tripli passu distinguere norunt:
Idem saccus habet pectora colla latus.
Non macerant nudas assumpto vellere pelles:
Nec faciunt pingues in nemus ire suos.
Non mare contendunt rethibus: nec rethia laxant
Piscibus: aut hamis insidiantur eis.
Qualia vel quando comedunt si lauta dieta
Vel tenuis sit eis non mihi scire licet.
Si pluit e celo semper quod habent quasi manna:
Quid plus prestaret area lata breuis.
Si vivunt ut homo nec sunt ut angelus: ipsi
A studiis hominum cur prohibentur ita.
Et si sunt homines mortales conditione:

Cur non humana viuere lege licet.
 Quod sit in occulto raro sine suspitione
 Elle potest. hominum nec licet absqz nota.
 Si satagant corpus carnēqz domare rebellem
 Commodius facerent et meliore modo
 Non reprehendo tamen super his nec iudico quēqz.
 Seruus enim domino statqz caditqz suo.
 Litibus et cauis variis forta publica vexant:
 Et teritur longo tempore causa breuis.
 Sumpibus insistunt nil proprietatis habentes
 fitqz trilustralis causa sepulta diu.
 In duo diuisi multumqz diuqz laborant:
 Atqz superuacuis sumpibus vsgz vacant
 Nam vice conuersa laico dictante sacerdos
 exhibet officii vota sacrata sui
 Motus ob hanc causam mox est romamqz profectus
 Sed nec ibi meruit sumere causa modum
 plurima fuerunt sed mons est pinguis et uber
 Qui de lacte suo cuncta ministrat eis.
 Et quem nullus arat serit aut metit ordine miro
 Pullulat ad votum quicquid habere volunt
 Ergo quid extat homo qui viuit ut angelus intus
 pulsatur totiens exteriore foro.

De ordine carthusientium
 q. Vid si carthusiam me conuertendo reuertar
 Pellibus et tunicis pluribus utar ibi
 Cella mihi dabitur quam solam solus habebo
 Nemo mihi socius nemo minister erit
 Solus enim psallam solusqz cibaria sumam:
 Et sine luce meum solus adibo thorum.
 Semper solus ero cella retinente trimembri
 In qua continue pes meus alter erit
 Semper erunt presto pulmento conficiendo
 In cella propria ligna legumen aqua.
 Visere me veniat prior ordinis: atqz frequenter
 Panis erit calidi portio magna mihi.

His onium/pecorum/nemorum/terreqz ferarum
Divere non possint porcio certa datur.
Interior vestis(quam lana caprina ministrat)
Carnem castigat asperitate sua.
Qualibet ebdomada ter pane cibantur et vnda.
Non comedunt carnes sit nisi festa dies
Et semel in mense vel bis de iure venire
Ad missam poterunt: si vacat atqz volunt.
Contenti propriis/nec diuitibus nec egenis
Elle volunt oneri/cras hodie vel heri.
Non licet augere numerum pecorum/vel agrorum:
Taxatur certo canone quicquid habent.
Carnis in eternum cuncti prohibentur ab esu:
Preter eum si quem fabida lepra tenet.
Ad foram non veniunt quo litem scire resolvant:
Nec populi vanum depopulantur aue.
Hospitis aduentu gaudent: mutantqz dietam.
Dant quod habent hilari pectore/voce/manu.

De nigris canoniciis

e St et item vita nigrorum canonorum
Judicio populi digna decensqz deo
Mollibus induit non semper pinguibus vsl:
Inqz refectorio carnis absqz mero
Quid caro peccauit plus q̄ p̄sa faba legumen
Ne posset comedti conditione pari
Quem nos causamur non est in carne reatus
Sed comedente male nec prohibente gula
Causa datur vino debetur causa bibenti
Cum caput aut membra cetera mane dolent
Ne pariat psalmus vel lectio tedia longa
In psallendo tenent inqz legendō modum
Nec nituntur ad hoc vt voci bus immoderatis
Ardua preualeant rumpere tecta domus
Landida sūt pura subtili stamine texta
Mundis munda placet linea vestis eis
Vestis honesta quidem que nec cum carne rebelli

35

Nec cute bella gerit asperitate suis
Exteriora tamen claudentur scemate nigro
Ut color alterius aptior esse queat
Lumina ne ledat albo nigredo repugnat
Inqz timore nigro gaudia candor habet
Sic arcus celi gemino candore resplendet
Sic pilus est perdo candidus atqz niger
Pallia cornicis dat penna subalbida nigre:
Candida sic picas et nigra penna tegit
Si vestis bicolor carnem sine corde colorat
Mens erit absqz nota veste tenente notam
Quid resert quales veniant in veste colores
Si mens bicolore interiora tegat.

De ordine premonstratensis

p Remonstratenses rursus qui vestibus albis
Induti veniunt simplicitate placent
His color unus adest niveo candore resplendens.
Hos semper simplex vestis ouina tegit
Omnibus abiectis dura pro mollibus vti:
Vestibus ad presens hoc statuere modo
Vellere pertito quod colli nuda protexit
In proprios usus constituere suos
Ne caro luxuriet veruecis vellere crispo
Corpora castigat castitate graui
Dama tamen lini lana redimenda suauit
Ordine cogente sustinuisse decet
Ordinis austerus rigor est quia carnisbus vti
His in conuentu tempus in omne vetat.
Dispensando tamen sacer ordo salubrius usus
Consiliis super his alleuiauit onus
Pinguis concedens que sunt affinita carni
Sic tamen ut nunq sit manifesta caro
Bellum cum carne pacem cum pinguisbus esse
Pacis amatores hoc statuere modo
Carnis honestatem sic conseruare volentes
Ne contra carnem lex inhonesta foret.

e lxxv.

Si foret exclusa penitus caro.carnis honestas
Sepe daret caulam materiamqz mali.
Hnde nec admissa penitus nec tota repulsa
Exulat in patria menstrua facta sua

De canoniciis secularibus

¶ Vnt et canonici seculares atqz vocati:
Nomen ab officio promeruere suo.
Huius quodcunqz libet noua lex licitumqz sub isto
Canone constituit viuere tota cohors.
Hui nihil excipiunt nec dicunt despiciendum
Quicquid in obsequio carnis inesse potest
Illud precipue tamen instituere tenendum
Omnibus in tota posteritate sua
Lex vetus vt suasit.ne quilibet absqz sua sit.
Et qz quisqz suas possit habere duas.
Hui sunt qui mundum cum flore cadente tenentes
Ne sic marcescat sepe rigare student.
Hui sunt qui faciunt quicquid petulenta carnis
Imperat.vt viciis sit via prona suis
Totus in errorem mundus preeuntibus illis
Ducitur.hui preeunt precipitesqz riunt
Hui mundum non mundus eos habet.atqz deorsum
Hui quia compellunt funditus ille cadet
Hui fundamentum fidei subuertere prompti
Moribus expugnant:que facienda docent.
Hui sunt pontificum per quos vigor o:do potestas
Mutat et ecclesie fit status absqz statu.
Languet et exspirat per eos reverentia cleri
Deficit in nihilum religionis honos
Horum consilio reges meditantur iniqua
Et que debuerant stringere lata tenent.
Pontificum latera sunt hui regumqz sinistra.
Pes errans.mendar lingua.recurua manus.
Cor duplex.simulatus amor.sine viuere nomen.
Ira latens.vera motio.falsa quies.
Vrbs carens fundo.pede sine nomine pedo.

Laux mendarū veri, vera fratera dolī.

Hui sunt iustiam qui prostituere pudicam

Falsa loqui linguas qui docuere suas.

Qui dum labentem mundum retinere laborant

Cumqz labente labent: cumqz riente ruent.

Quorum vita labor, via lubrica stat quasi stercus.

Finis in incerto, premia certa labor.

De bonis canoniciis

q **H**oc bene dum secum quidam meditantur eoz

Talibus a studiis se cohibere student.

Qui pariter mundi fenum cum flore relicto.

Omnia que mundi sunt nihil esse putant.

In medio fornacis agunt flammieqz dorantis

Ignitum studium constituere suum.

Nec tamen videntur, quia quos refrigerat intus

Spiritus exterior flamma cremare nequit.

De coquit hos mundus, et sicut in igne camini

Aurum flamma probat: sic deus vrit eos.

In mediis flammis et in ignibus esse nec viri:

Non est nature, sed deitatis opus

Cum propria carne certamina longa tenere

Res est difficilis: et metuenda nimis

Nam caro mortalitatis levius est et cerea flecti

Quo natura vetus et viciosa trahit.

De monialibus

c **H**ec et adhuc ordo velatarum mulierum:

Quas etiam minimas dicimus esse sacras.

Quidam virginibus viduisqz coactus in dnum

Ordo latis notus pluribus esset solet.

Horas canonicas solito de more frequentant:

Soluentes pensum nocte dieqz suum.

Vocibus altisonis adeo modulamine dulci

Cantant sirens q̄ cecinisse par huius.

Corpore serpentes, syrenes voce, tracones

Pectore susanne simplicitate pares

Sed tamen illud habent dnum quod cuncta refellit

Ante deum lachrymas quia sine lege fluunt
Hiis dominum placant semperqz veniam merentur
Hiis sua cuncta lauant criminia: quicquid agunt.
Omnibus auretenus licet hiis nutrire capillos
Sed non vterius regula nāqz vetat
Utuntur niueis agni de corpore sumptis
Pellibus intensis pallia nigra gerunt
Hee caput abscondunt omnes sub tegmine nigro:
Sub tunicis nigris candida membra latent.
Lingula nulla ferunt sed nec femoralibus vti
Consuetudo fuit: nescio si modo sit
Nunqz ritantur nisi cum locus extitit aut res
Sed neqz percutiunt sit nisi causa grauis
Harum sunt steriles et quedam parturientes
Virgineoqz tamen nomine cuncta tegunt.
Que pastoralis baculi dotatur honore
Illa quidem melius fertiliusqz parit.
Hix etiam queuis sterilis reperitur in illis:
Donec eis etas talia posse negat

De ordine nouo in anglia constituto

e St et adhuc aliis nuper nouis ordo repertus:
Quoqz bonos cum bonis cumqz venire decet
Hic apud anglorum fines exortus ab ipso
Nomen habet natus quo fuit ille loco
Simpligama dictus de simplicitate vocatus
Siue per antifrasim ordo vocatur ita
Canonici missas tantum reliquumqz sorores
Explent officii debita iura sui
Corpora non voces murus disiungit: in unum
Psallant directe non vitis abqz mero.

Nouus ordo brunelli

t Alia dum mecum tacitus considero. vitant
Nescio quam possum constituisse mihi
Tutius ergo puto necnon consultius esse
Ut statuam leges ordinis ipse noui
Qui meus ordo meo nomen de nomine sumat:

Nomen in eternum vivat ut inde meum:
 Ordine de templi sumamus equos gradientes
 Leviter, neq; leuis sit meus ordo mihi.
 Ut mihi mentiri liceat quocunq; locorum:
 Fratribus ex aliis hoc retinere volo,
 Ut feria sesta liceat mihi pinguis vti
 Hec cluniacensis conferat ordo mihi
 Fratribus ex aliis satis est (et sufficit illud)
 Ut liceat bracis nocte carere mihi.
 Grandimontanos in eo q; multa loquuntur
 Multum commendo quodq; tenere volo
 Barthuseos fratres in eo discerit sequendos:
 Milla q; in mense sufficit vna satis.
 Canonicos nigros carnes comedendo sequamur
 Ne quid ad ypocrisim contrahat ordo meus
 Premonstratenses statuo de iure sequendos
 In molli tunica multipliciqt; toga.
 Ordine de reliquo placet ut persona secunda
 Federe perpetuo sit mihi iuncta comes
 Hic fuit ordo prior et conditus in paradyso:
 Hunc deus instituit et benedixit ei.
 Hunc imperpetuum decreuimus esse tenendum:
 Quins erat genitor cum genitrice mea
 Et genus omne meum semper fuit ordinis huius:
 Quo genus humanum deficiente cadet.
 Ordine de sacro sacratarum mulierum
 Accipiam zonam semper abesse meam.
 Lingula lata bona non sunt mihi: sed neq; ventri
 Conueniunt grossa cingula stricta meo.
 Est et adhuc aliud in his quod in ordine nostro
 Apponi volumus: cum locus aptus erit
 Quid de simpliciama quantum vel qualia sumam
 Nescio: nam noua res me dubitare facit.
 Hoc tamen ad presens nulla ratione remittam:
 Namq; necesse nimis fratribus esse reor.
 Quod nunq; nulli clam nullaq; sciente sororum

Cum quocumq; suo fratre manere licet.
Sunt etiam quedam que si nunc non meminisse
Possimus ad presens: postea tempus erit.
Ergo nil restat nisi confirmatio sola
Pontificis summi: quam dabit ipse libens.
Nam qui iusta petunt: nulla ratione repulsam
A domino papa sustinuisse solent.
Illi ergo decet primo diuertere papam
Et fratres humili sollicitare prece.

Quomodo brunellus obuiavit galieno
t Alia dicenti veniens galienus ab urbe
Obuius accessit: vidit et inquit ei.
Numquid non es tu noster brunellus. et ille
Ey mihi: sum certe: quare magister: aue.
Ille dolens ego sum brunellus: ab urbe cremona
Quem bene tu nosti: si meminisse placet.
Ecce senem cernis fractumq; labore deceni:
Qui iuuenis quondam fortis et acer eram.
Quam mala multa tuli pridem: sed me tamen unum
Funditus assumptis sollicitudo scole.
Rusticus atq; scola duo sunt tormenta dolorum:
Intus et exterius que macerare solent.
Rusticus exterius pungit ferit atq; flagella
Dat scola: sed pascit viscera corda latus
Sara sed et lapides malem portare molares:
Quam sic assiduis inuigilare scolis.
Quam mala fata mihi: verum mea fata nec ultra
Vel citra possum q; statuere mihi.
Fluctuat in dubiis animus meus inq; dolendis:
Preq; dolore meo mens mea mente caret.
Nam tot et tanta misera sunt scandala mundi:
Tot regum scelera pontificumq; mala.
Tot quoq; sunt mortes in religione. tot extra
Pellima(preq; sui sorde) facenda mihi
Quod dum flens recolo mundi mala/prospicioq;
Quis sit/ quis fuerit/ quis status orbis erit:

Ignis ut a facie subito noua cera liquefit:
 Ex solis radio nix glacieqz fluunt:
 Sic ego deficio sic defluo sicqz renoluor
 Totus et in lachrymas fontis ad instar ero.
 Quarum precipua quarum premarima causa
 Luria romana que modo vadit ita.
 Que regum domina que regnantum dyadema
 Que decus atqz decor urbis et orbis erat:
 Que solis radius noctis carbunculus ardens/
 malleus erroris pena parata malis:
 Justitie gladius oleum pictatis abundans/
 Larga manus inopi dextra referta bonis:
 Flos nouus et nullo mercescens temporis estu:
 Fons sine defectu balsama larga fluens
 Religionis opes pacis concordia morum
 Gloria fidei regula recta boni/
 Herillum patrie sed et omnibus ordine sancto
 Debuit esse caput sicut origo fuit.
 Sed conuersa retro redit fideiqz pudoris
 Immemor in caudam fecit abire caput.
 Si caput a capio vel dixeris a capiendo/
 Tunc est ipsa caput omnia namqz capit.
 Sic declinando capio capis ad capiendum
 Rethia laxauit rethia longa nimis.
 Quod de pterito cepi formare futurum
 Non valet ad presens nec videt inde locum
 Quondam larga sui proprii nec auara crux:
 Fundere consueuit seqz suumqz suis.
 Nunc vide conuersa facie sitit atqz crux
 Fundit et alterius ebat ipse suum.
 Sic causam mortis que debuit esse salutis
 Fecit et in populo prodiga fudit eam.
 Vasaqz commutans ex hoc transfudit in illis
 Sub mellis specie pocula felle luat
 Ipsa tamen semper in se sitibunda manebit
 Eumqz bibat semper semper auara sitit

Cuius in os patulum quis foret es/mare magnum
Influeretqz simul non sacaret eam
De baratro ventris nequeunt extinguere cuius
Fercula nulla famē/pocula nulla sitim
De cui nil satis est: et quem sua reddit egenum
Lopia/nec totus sufficit orbis ei
Sustinet eris egens quicquid precatur auarum
Quicquid delirant cetera/bursa luet
Bursa referta reos soluit/peccata relaxat:
Que non peccantes euacuata ligat.
Nil tam difficile nil tam graue/nil ita prauum/
Quod non emendat bursa referta bene
Hec facit ut licite fiat quodcumqz libebit:
Reddit et illicitum quod licet arte pari.
Cum sua non mundet.aliorum crima mundat:
Cernere que propria vulnera sola nequit.
Hic dolor in capite facit omnia membra dolere;
Toxicat et modicum dolia magna virus.
Hic ouis vna gregem totum maculando respergit:
Et trahit ex modico maxima massa luem.
Hic lapit ex konte(quis procul inde remotus)
Riuus:et ex igne sumus odois habet.
Ex morbo capitis artus traxere dolorem:
Peccatumqz patris plangit origo sequens.
Virtutum quondam decus et decor.in viciorum
Est conuersa caput.que caput orbis erat.
Non mihi sufficiens longeui nestoris etas
Singula si memorem:que memoranda forent
De regibus etiam narrat
r. Vixim si mores regum/vitamqz reueluam:
Quid nisi maioris causa doloris erit.
Quorum vita dolor/quorum dominatio dura
Quorum verbabelut ventus et aura leuis.
Eiusqz creatus homo sit ad istar imaginis eius
Qui dedit ex nihilo cuncta creata fore:
Pluris habent homines reges animantia terre.

40

Et genus humanum vilius esse putant.
In cruce suspendi (pro sumpta carne ferarum)
Quāplures faciunt lepe dolore graui.
Quid grauius sicut possent statuisse tyranni:
Quam pro morte fere / q̄ moriatur homo.
Qui sic regna regunt qui sic sine remige regnant:
Vix regum tantum nomina sola tenent.
Quāvis regna sua sibi sint subiecta tributa
Dent populi, trepidet terra timore suo.
Non tamen h̄i reguant quoniam regnare timor.
Non est aut dura lege ligare suos.
Quos non rectores sed raptiores bene dici
Constat, et ex facto nomen habere suo
Quorum nulla fides, et qui cōfidit in ipsis
Errat, et arbitrio desipit ipse meo.
Quorum fictus amor, quorum via nulla fidelis/
Quorum lingua dolor, plena crux manus.
Munera respiciunt: que dum venerantur: abesse
Iustitiam faciunt: iudiciumqz procul
Quicquid enim faciunt vel dicunt vel meditantur
Si bene discutias: omnia munus alunt.
Quod ni precedat comitetur sive sequatur/
Ac baccam vitulus non procul immo prope
Nil habitus nil ordo tibi nec opinio vite
Quilibet aut titulus plus ve minus ve dabit.
Munera conturbant reges: rursusqz reformat:
Munera dant pacem: munera bella parant.
Munera pontifices subvertunt: munera reges.
Munera ius statuunt: destruuntqz simul.
Munera stultorum linguas dant esse disertas
Munera dum clamant cetera queqz tacent
Munera pervertunt leges: decretalē refellunt:
Euacuant patrum iura rigore suo
Munera palpate faciunt delicta potentum.
Vtqz magis vigeant facta nephanda tegunt
Munera sed taceo: ne forte tacenda reuelem:

In manibus sanctis esse reperta solent
Munera: declarant quid nam meditantur auari.
Quid velit fieri mens maculosa viri.
Munera quid valeant: sedes pastore vacante
Credere si fas est sepe docere solent.
Munera dulce malum: virus sanabile sanis.
Mentibus egrotis mortis imago recens.
Munera semper habent aliquid portantia secum
Veri: quod ciues ore facente gemunt.
Munera iudicij libram moderantur: et ipsam
Protinus inflectunt: quo data pensa trahunt.
Munera mortifero dant pocula plena veneno:
Exeunt oculos precipitantqz gradus.
Omnia vincit amor: sed amorem munera vincunt.
Quod si quis dubitet ponderet hec et ea.
Munera corrumput mores: pariuntqz recepta
Damna pudicicie dona cupita precis
Munera pontifices extollunt munera reges.
Munera dant apices: exhilarantqz duces
Munera suffodiunt turres: montesqz coequant
Vallibus: et pariunt absqz cruento necem.
Munera precedunt quotiens mala multa sequuntur.
Munera cum veniunt proxima causa subest.
Munera si cessent: cessabunt iurgia/lites/
Mars cadit: et veneris nullus amicus erit.
Munera si cessent: sine sanguine tempore pacis
Quod nunquam potuit roma subacta ruet.
Munera si cessent: primatum pallia multo
Constabunt leuius et meliore foro.
Munera si cessent: abbatum cornua longa
Ponderis et precii inube minoris erunt.
Munera si cessent: regis renocatus ab aula
Monachus in clauistro limina sacra teret.
Munera si cessent: grex cum pastore quiescit
Iunctus: et amborum spiritus unus erit.
munera si cessent: deus in cellas cluniaci

41

forte reuertetur. et remanebit ibi.
Munera si cessent: iudam cum simone clerus
Tollet. et e medio coget abire sui.
In quorum manibus crebro tractantur iniqua.
Dextera munieribus esse referta solet.
Munera si cessent: miseris mortalibus ultra
Clamo: nec luctus: nec dolor ullus erit.
Munera sic essent: pariter cum simone iudas
Desideret loculos perdet uterque suos.
Munera subuerso faciunt de rege tyranum:
Conuertuntque suas in sua membra manus.

Plebs sine doctrina: populus sine lege cruentus
Moribus: accelerat pronus in omne nephias
Hens granis esuriens carnem: sitiensque cruentem:
Armat inarmatas ad scelus omne manus.
Ille timor domini reges qui terruit olim
Et populos perit: nomine regum simul.
Quid demum loqueris: deus est post terga relictus
Non opus est alio: sit tibi quisque deus
Regis ad exemplum populus lascivit ineptus:
Veruecique pedes sois facit una pares.
Ecce tot et tantas patiuntur secula strages
Posteriorque dies deteriora parat.
Nec superest redimat neque qui saluos faciet nos:
Sed sperata salus funditus omnis abest.

De pontificibus et pastoribus malis
n On alios igitur super hūs nisi tempus huius
Pontifices sacros arguo: esse reos.
Qui se pastores legemque tenere fatentur:
Nec tamen hec faciunt que facienda docent.
Qui potius fures quam pastores vocitari
Teste deo debent: de quibus illud ait.
Aduenient multi pseudo-falsi prophete:
Et satagent multos fallere fraude sua.
Qui quis veniunt ouium sub teste rapaces
Sanguinis hos audios noueris esse lupos.

A poscēdo gregem non a pascendo merētur
Pastores ouium nomen habere suum.
Nomen ab officio sumptum vertere seculum:
Ut non pastores sint gregis immo lupi.
Tres sunt precipue prope qui versantur ouile.
Quorum quisqz gregi proximus esse studet.
Primus enim pastor est.mercennarius alter.
Tertius insidians dicitur esse lupus.
Primus oves gratis pascit.mercede secundus.
Tertius ut perdat diripiatqz gregem.
Pastores igitur quia gratis nulla ministrant:
Nil sibi cum primo proprietatis habent.
Et quoniam pascunt mercedis amore:secundo
Officio similes fors facit esse pares.
Nil sibi cum primo:sed habent coniuncto secundo
Plurima.de reliquo questio nulla manet.
Ergo lupis similes comedunt cum sanguine carnes:
Matris ut ex utero viscera rupta forent.
Morte lupi veniunt pastores temporis huius
Morte gregem primum perdere quisqz suum.
Quodqz vident fragile frangū t:quod debile spernūt
Quod crassum comedunt:quod vile despiciunt.
Eac gregis et lanam norunt miscere:subactas
Vndiqz dispersas depopulantur oves
Nec satis istud eis q deprendentur ouile:
Disperguntqz greges diripiuntqz sibi.
Sic nisi quid sit iunt calidum sorbere cruentem:
Inqz gregis ingulum mittere posse manum.
Qualiter introeant pastores temporis huius
In caulas ouium quo duce/quaqz via/
Ingressi quid agant et q studiose ministrant/
In grege suspecto non mihi:crede foro.
Pastorum vitam si discutiamus ad vnguem:
Plurima que faciunt plena ruboris erunt.
In speculo positi quo circūquaqz bideri/
Seqz videre valent:lumina clausa tenet.

42

Sanguinis et carnis curam non despicientes:
Solliciti curant seqz suosqz sinui.
Quem sibi precipue deberent preposuisse:
Dir valet extremo delicuisse loco.
Hicitur alget sitit esurit vlcere plenus
Quis dedit unde suam quid relevare famē:
Presulis ad mensam tot fercula totqz ferentes
Hestibus ornati tot sine lege ciphi:
Totqz domus domini tot cani quaqz ministri.
Tot stantes pueri totqz meando vagi.
Tot iuuenes compti variisqz modis redimiti.
Totqz senes docti gesta prior loqui:
Et quasi castrorum regum statione soluta
Discurrunt acies corpore mente leues.
Eiusqz bibit dominus quidam sua brachia tendit.
Atqz genu flexo pronus adorat eum.
Splendida tota domus duplice radiante metallo
In quibus offertur hostia sacra deo.
Sed que pontificis sunt vsibus appropriata:
Non sunt de vili materiaqz rudi.
Non norunt recte partiri qui statuerunt
Aurea pontifici stannea vasa deo.
Presul in argento totus discumbit et auro:
Dir quoqz fictilibus vtitur aula dei.
Ecclesiæ lateras altaria nuda crucisqz
Extractis spoliis stare videre potes.
Splendida pontificis sublimibus aula columnis
Intus et exterius marmore fulta nitet.
Tot sunt pontifici tunice tot pallia cappe
Ipse quod ignorat nec numerare queat.
Presulis e digitis gemmarum pondus et auri:
Septem diuitibus quod satis esset opum.
Presul amat marcam plus qd distinguere marcū.
Plus et amat lucrum qd facit ipse lucam.
Sic hodie sic cras sibi credita non data certe
Dispensat domino dissimulante diu.

Qualiter atqz quibus curam credunt animarum
Quod magis est aliis: omnibus esse patet.
Ante puer patrem primum matremqz vocare
Quam sciat: aut possit stare vel ire pedes/
Suscipit ecclie claves/ animasqz regendas.
In cuius positus dummodo vagit adhuc:
Quid dicet petrus/ cum me robekinus ad astra/
Aut vvikinus ager. durqz comesqz meus.
Petro/ non puer claves deus ecclesiarum
Tradidit: atqz dei iussit habere vices.
In manibus domini vvikini/ vel robekini/
Non me tradideris: si tibi cura mei.
Sed neqz me tradam/ quis mihi (forte quod absit)
Presul vim faciet: exagitetqz diu
Tristis ob hanc causam prius appellabo. petrumqz
Eius et heredem solus adibo pedes.
Cum nutrice sua romanam robekinus adibit:
Quem noua siue vetus sportula tecta feret
Missus et in peram veniet vvikinus in urbem:
Curia romana tota videbit eum.
Nec vacuis manibus aderunt: nec ventre soluto:
Sed quasi parturiens/ et prope tempus agens
Accident proprius/ denuentqz videre sepulchrum:
Quod semper vacuum permanet atqz cappar.
Quod deest etati tenere: supplebit eorum
Gratia consortes quos habuere vie.
Prestabunt annos pater/ et pedagogus eisdem
Quotquot opus fuerit. si tamen esset opus.
Qui dedit ecclesiis/ nūquid non contulit annos:
Et mores/ quales talibus esse decet.
A simili reliquum potuit. qui contulit unum.
Iure pari licuit. illud/ et illud ei.
Impubes pueros pastores ecclesiarum
Didimus effectos/ pontifices ve sacros.
Sic dixit quidam de quodam pontificando
Cum princeps regni sollicitaret eum.

Est puer. et nondum discernere possumus utrum
 Femina vel mas sit. et modo presul erit.
 Talibus est hodie cleri populiqz potestas
 Atqz domus domini cura regenda data.
 Talibus ecclesia r̄priſti suffulta columnis.
 Decidet ante suam priuilegulata diem.

De inanibus et vanis presulum actionibus

I queras quid agat festinus presul in urbe/
 Assumptis canibus in nemus ire parat
 Aut ut aues avibus capiat. vel piscibus hamum
 Mittat. ut esorem nunc trahit inde lupum
 Ardea vila fuit fluviali proxima rupe
 Jactet ut accipitrem presul ab urbe ruet.
 Siluarum saltus plus q̄ loca sacra frequentant.
 Latratusqz canum canone pluriſ habent.
 Plus cane percusso dolent. anxius aut ave leſa:
 Quam si decadat clericus unus ei.
 Sepe dies tota causis cedet sine causa:
 Officiisqz sacris sufficit hora brevis.
 Litibus impensa brevis est queuis mora longa.
 Moroz quod est domini tedia magna patit.
 Artius insitit lepori canis ira quietus
 Donec et officium compleat ille suum
 Quam sua persolvant dum tempus et hora requirit
 Pontifices nostri debita pensa deo.
 Qui si pro domino vaterentur: quod patiuntur
 Propter res viles deliciasqz breves/
 Nullus eos dubitet viuos in carne manentes:
 Esse dei sanctos. martiribusqz pares.
 Nec tamen ista pati pudet hos: quos penitus horum
 Quāvis sepe grauat sustinuisse lugum.
 Nam deus illorum pro quo patiuntur ad horam:
 Hec mala pro meritis premia digna dabit.
 Brunellus iterum narrat galieno de abbatibus
 prioribus et conuentualibus
 q Dodqz magis miror: abbates atqz priores/
 Conuentusqz sacer: quos suus ordo ligat

Lanone post habito) quem sunt seruare professi:
Quemqz patres sancti constituer sibi.
Ecce retro redeunt sorbentqz quod euomuerunt:
Vt canis ad vomitum susqz reuersa lutum
Exterius faciem pretendunt religionis:
Interiorisqz gerunt pectora plena dolo.
Qui duce bernardo gradiuntur vel benedicto
Aut augustino sub leuiore ingo.
Domines sunt fures quoqz caractere sancto
Signati veniant magnificenqz deum.
Ne credas verbis: nec credas vestibus albis:
Vix etenim fratribus est adhibenda fides.
Quorum vox leta vox iacob creditur esse:
Cetera sunt esau brachia colla manus/
Rursus in egyptum quam deseruere: reuerst
Dulce sibi deputans a pharaone premi.
Carnis ad illecebras (nullo retinente) ruentes
In foueam mortis (carne trahente) ruunt.
Inuidie stimulis vexantur et ambitionis/
Estibus assiduis precipueqz tribus
Primus ut ascendant labor est sequiturqz parentum
Indiscretus amor cura quiete carens.
Hac omnes ardent hac omnes febre laborant/
Hec tenet imperium postpositura deum.
Hinc ut opes habeant summa virtute laborant:
Possideantqz brevi tempore parta diu.

De religiosis in generali
o **L**im paupertas rebusqz carere caducis
Religiosorum gloria magna fuit.
Nunc nisi possideant animarum damna suarum
Res et opes magnas: pascua prata greges
Esse putant miseri: quia mundo pauper haberi
Inter eos hodie creditur esse nephas.
Pauper erat christus: quem sic imitando sequuntur:
Pauperis ut sine re nomen habere queant.

Sicqz volunt dici quod nolunt esse. putantes
 Omnia cernentem fallere posse deum.
 Omnibus abiectis inopis vestigia xpristi
 Herbis non factis se statuere sequi.
 Spreuerunt mundum sed tali conditione
 Ut semel abiecta semper adesse queant.
 Ne quid eis desit spreuerunt omnia. felix
 Quisquis ut ipse metat plurima pauca seret.
 Cum lupus ex habitu non est suspectus ouili
 Detis ab effectu quo teneatur habet
 Simpliciter graditur vulpes / vultuqz modesto/
 Et nihil in facie suspicionis habet.
 Lorde sed astuto vincens animalia multa
 Semper in insidiis tota dolosa manet.
 Quo magis ascendit celo vicinior alto
 Accipiter predam fortius inde capit.
 Fortior ut feriat aries retrocedit. et ictus
 Suscipit ostipo vertice datqz simul.
 Sic faciunt hodie quos mundus religiosos
 Estimat et sanctos predicat esse viros.
 De quibus ad presens quāvis mihi multa supersint
 Plura loqui timeo ne reprehendar ego.

Biunellus de laicis sicut didicit sub illice ab auiū
 garritu locum et tempus designans
 l Ed quid de laicis dicam. si publica quedant
 Direro que didici. publicus hostis ero.
 Nuper cum profugus fugerem festinus ab urbe
 Bernardum fugiens verbera seu timens.
 Abdita querebam loca que non posset adire
 Ille meus dominus rusticus ille miser.
 Qui me querebat per deuia queqz locorum
 Cum canibus multis multa minando mihi.
 Jurauitqz satis q si possem reperiri
 Illud iter fuerem tempus in omne meum.
 Quodqz fugam do so mihi scriberet esse legendam.
 Taliter ut nunq̄ non meminisse foret.

Ne quoq; stercentem letus quandoq; putabat
Admota proprius prendere posse manu
Sed celer exiliens bernardum pene sequentem
Ridebam dominum conscius ipse meum.
Sepe supinatum per posteriora coegi
Lalceq; percussum stertere more meo.
Estus erat: lassusq; fui / voluiq; sub umbra
Ilicis optato membra souere thoro.
Carmina que nuper me composuisse videbar
Scribere conabor: tutus ab hoste meo
Et locus et tempus studio nimis apta / volentem
Scribere cogebant improbitate sua
Venter erat plenus / pes lassus / pagina prompta
Exceptura noua carmina digna nota.
Cumq; manus calamum / ferrumq; teneret acutum:
Acciperetq; nouos pellis ouina tonos:
Nescio quem prope sub ramis ilicis alte
Audio garritum: percipioq; sonum
Nec mora tanta locum volucru vaga turba repleuit:
Silua q; ampla prius tunc tamen arta foret.
Intonat omne nemus / volucru dispersa per auras
Dox abit in celum concutiendo solum
Ipse mihi timui: cepiq; timendo coactus
Dicere quid sibi vult hoc nonitatis opus.
Terreor aspectu nec mirum. tum quia notus
Non erat ille locus. tum quia solus eram
Auribus erectis et fixo corpore toto
Prostratus iacui murmuris absq; sono.
Pectora tondebam / tacitus veniamq; precabar
Voto non verbo supplice corde meo.
Pene timore graui ventrem sine ventre resolui
Contigit: et dubito ne sit / et an sit ita.
Namq; graues venti / tempestatesq; morose
Imbris exquis conticuere simul
Agminis in medio (tota reticente caserua)
Surrexit solus corius adorsus ita.

45

Introdit brunellus primo narrationem coris
de qualitate consiliorum
d Necti fratres/dominiqz mei speciales/
Si placet audite me:quia pauca loquar
Non quia sim melior vobis/vel sanctior unus
Vtpote de vili cespite natus ego
Vel quia plus sapiam.cum sit sapientia prima
Teste dauid magno.fore timere deum
Sed quia sum maior natu senioribus istis
Dnnibus annorum teste tempore mihi.
Me noe septennē prudens induxit in archam:
Lum tegeret montes altiora vnda fluens
Postea fluxerunt & plurima secula nobis
Pluribus ignota secula valde bona
Quorum dum recolo necnon tacitusqz recordor
Quam bona tunc fuerint:quāqz referta bonis.
horum respectu que sunt modo.tristis et amens
Tempora festine mortis adesse reor.
Nam senescens mundi decus omne recessit:
Sed sua queqz suum deseruere statum
Spdera/terra/mare/solita priuata tenore
Legibus antiquis dedidicere regi.
Et si preterita presentibus annumeremus:
Nulla cohreibunt corpori membra suo.
Ordine transposito variantur secula queqz:
Alter et est hodie & fuit orbis heri.
Contra naturam rerum natura ministat:
Deserit et cursum norqz/diesqz suum
Hinc homines morbi/permunt animalia pestes:
Hinc quoqz languore premoriuntur aues.
In prompta causa(quoniam peccauimus omnes)
Nec superest qui se iudicet esse reum
Omnes sunt iusti:nullus peccauit inique:
Nil ego commisi:tu nihil:ille nihil.
Non ego gustavi:cuncti dixerunt ministri:
Et tamen absorbitum constitit esse canem.

Esto q̄ apponat aliquis sua crima flere:
Et de commissis penitus velit:
Pectore contrito statuat sua facta fateri:
Crinna cum lachrymis cūq; dolore graui
Lui sua secure poterit secreta fateri.
Omnibus ex nobis nescio crede mihi
Mille mihi fratres numeres totidemq; sorores
Mille sed et matres sint mihi totq; patres
Omnibus ex illis secreti conscius unus
Unicus atq; meus consiliator erit.
Dixerō si corvo corvus mea crima dicet
Cornici cornix per forā cuncta canet.
Si me prodidero gallo gallina (quod absit)
Prodigium pullis me dabit esse suis.
Mors mihi si faceo mors est si dixerō quicq;
Me duo dura premunt hinc timor inde pudor.
Lingua sacerdotum quoniam secreta reuelat
Factus secreti conscius ipsius ipse tui.
Qui cadit in gladio semel est plangendus et ille
Tempore perpetuo quem sua lingua necat.
Hos igitur qui vel facitis fieriq; videtis
Plurima que non enumeranda modo:
Quid cui dicatis ne postea peniteatis:
Quiq; per exemplum discite queso meum:
Qui sciat atq; velit crebro reuelare cadentem:
Et magis afflictos exhilarare magis.
Qui mor quassatum calatum non conterat immo
Alliget et sanet sustineatq; diu.
Qui grauiter lapsis ignoscens compatitur:
Sepe reformidet talia posse pati.
Qui semper fragilis q̄ sit caro premeditetur:
Et leuis ad lapsum conditione graui.
Qui grauiter lesus non exardescet in iram:
Nec mor vindictam poscat ab hoste suo.
Sed pius et patiens omnem prius ipse remittit.
Criminis offensam quam roget alter eum.

Qui sibi sufficiens/nec opum cupidus/nec honoris/
 Respuat oblate proprietate carens
 Quem nec amor mundi vexet:nec causa parentum:
 Vel data supplantent munera dulce malum
 Qui nec amet/vel agat quod quis iuste reprehendit.
 Qui sit idem secum vivere quod sine se
 Si fuerit talis tantusqz repertus in orbe
 Confessor/fateor:cuncta fatebor ei.
 Exemplum vobis ego sum,cui garrula quondam
 Lingua fuit damno:teste colore meo.
 Dum tacui dilectus eram:sed prodiga lingua
 Reddidit exosum,de tibi lingua loquar.
 O q̄ diues eram multisqz beatus amicis:
 Donec surripuit mea lingua mihi.
 Felix si statua martis taciturnior: essem:
 Mansissetqz mihi qui fuit ante color.
 Quod semel amisi longū damnatur in euum:
 Lugeo perpetuo tempore tristis ego.
 Gratia/fama/decor mihi sunt sublata:loquenti
 Surripuit totum/lingua dilerta minus
 Lingua loquax nocuit fateor,quia si tacuisse:
 Cuncta remansissent insita dona prius.
 Inter aues omnes formosior: unus habebar:
 Et magis acceptus omnibus unus eram.
 Vox mea clara prius miserò dix: rauca remansit:
 Criminis admissi testis et ipsa mei.
 Perpetuaqz foret mea gloria/si tacuisse
 Sed quia non tacui/tota repente ruit
 Unde mei memores/linguam cohibete loquacem:
 Ne iugulet dominum prodiga facta suum.
 Paucia loquar (salua dominorum pace meorum)
 Dececa tamen:veris si licet esse locum.
 Non est mirandum:quāvis aduersa frequenter
 Nobis contigunt/et mala plura premunt
 Nos sumus in causa,si causam querimus:ipsi
 Cur tot in aduersis deficiamus ita:

Nos sata destruimus.nos semina diripientes
Tollimus et plenos depopulamur agros.
Ne faciant fructum/flores mori arbores natos
Hnguibus et rostris dilaceramus eos.
Cedibus assiduis insistimus:atqz rapinis.
Ad bona difficiles luxuriosa cohors.
Estimat excusam/tute se deposuisse
Rusticus annonam(poete tenente seram)
Sed gallus veniens(tota comitante sequela)
Quantumqz placet tollit:et inde fugit.
Nec satis est sumpsisse satis:totam nisi massam
Dispergat pedibus/per loca cuncta domus.
Nisus et ancipiter postqz fuerit bene pastus
Aduolat:et dominum spernit adire suum.
Et pueri lachrymas sele reuocantis/et illi
Brachia tendentis respuit atqz fugit
Qua totiens pastus totiens portatus amicam
Spernit:et hostilem captus ab hoste manum
Certa licet queuis obiecta pericula mortis
Immineant pueris:non miserentur eis.
Cūqz sequuntur eos/per devia queqz locorum:
Sepe quidem siluis/sepe necantur aquis.
Hic bene/pro meritis nostros veneramur amicos
Reddimus atqz bona pro vice sepe mala.
Phytacus in thalamum(domino redeunte)puellas
Prodit:et illarum verba tacenda refert.
Que fuerant secum tacite timideqz locute
Antris/et tutis/et sine teste locis:
Nescius ille quidem/sed nescius immo facere
Profert plus equo phytacus oris habens
Hinc avibus crebro miscent acompta puelle
Discunt ante mori qz didicere loqui.
Sunt et aues alie que toto tempore vite
Religiosorum claustra beata colunt:
Que quot eis faciunt discriminia sepe per annum
Non ego sufficio dinumerare modo.

47

Hinc est quod populus odio nos odit iniquo:
Reddit et exactam pro vice sepe vicem.
Hinc est cotidie q̄ nobis insidiantur:
Tollit et e medio nos inimica manus.
Hinc laqueos ponunt nobis: hinc rethia tendunt:
Hinc lapis: unde parit molla sagitta necem.
Hinc inuiscatis pedibus retinemur: et alis:
Fallimur et dulci sepe tonante tono.
Ita nec immerito patimur: luimusq; coacti
Plurima: que gratis facta fuisse liquet.

Narratio galli

t Alia dicenti gallus respondit. amice
Pone modum verbis. sunt satis ista. tace.
Sunt discreta minus tua verba: minusq; diserta:
Nec sapit in nostro pectori sermo tuus.
In sermone tuo nimis es diffusus: abundans
Verbis: non sensu: quod solet esse senum.
Olim lingua tibi damnosa fuisse refertur:
Sed nec adhuc quicq; profuit illa tibi.
Plurima vidisti: velut is qui tempore longo
Dixit. et insperxit secula multa retro.
Vnde nec eis mirum si iam delira senectus
Errat: et existat mens ratione carēs.
In sene decrescent semper (crescentibus annis)
Hinc mentis ratio corporis inde vigor.
In sene deliro sensus patiuntur eclipsim:
Quem constat casu (non ratione) regi.
Turbato cerebro turbantur et omnia membra:
Deficiuntq; sibi lumina/lingua/manus
Hinc est q̄ sceleris nos arguis et reprehendis
Tanc̄ sis solus iustus/et absq; nota.
Iustus es: et certe toto spectabilis orbe
Quodq; satis sine me piedicat archa noe.
Nonne reuersurum noe te dimisit ab archa
Que te detinuit causa: cadauer erat.
Te gula/te venter/te vincit inepta voluptas:

Proderis ut dominum perfidus ipse tuum.
Si vitam mores actusqz tuos bene pensas:
In toto mundo par tibi nullus erit.
A teneris annis didicisti perfidus esse:
Non potes illud adhuc deseruisse senex.
Ventriss ob ingluuiem vilemqqz cadaueris escam:
A puerco constat te violasse fidem.
Nam bene pro meritis dominum male deseruisti:
Tempore quo fuerat deseruisse nephas.
Contraherent de te maculam ne cetera queqz
Perfidus existi non redditurus item.
O q̄ dissimilis tibi sum: quantūcunqz repugnant
Moribus et factis omnia nostra tuis.
Nactus enim dominum quēmcūqz fidelis eidem:
Tempore perpetuo seruo: seruo fidem.
Perueniunt etiam per me nonnulla per annum
Commoda pauperibus diuitibusqz simul.
Per me pluma datur: qua fessa labore diurno
Ut vires reparent molliter ossa cubant.
Per me precipue medicorum cura iuuatur:
Et datur infirmis deliciosa caro.
Pinguis et eunuchus nostra de stirpe creatus.
Fortibus et sanis fortior esca datur.
Tempore nocturno vigili vigilantior omni
Horarum noto tempora voce mea.
Ipse pigros pueros nec surgere mane volentes
Excito: nec patior incaluisse thoro.
Et per quem pingues pulli procreantur et oua
De lumbis nostris cepit origo prior.
Plura sed et per me constant collata fuisse
Comoda: que non sunt enumeranda modo.
Non tamen ingratus vel inofficiosus eisdem
Quos mihi sors dominos contulit esse volo.
Namqz malignari si vellem: siqz (quod ablit)
Nescirem labiis ponere frena meis:
Multi de medio fierent: dignasqz subirent

Penas pro meritis carceris/atqz crucis.
 Nocte sub obscura que sunt multa nephanda:
 Et que nocte nigra sunt mihi nota satis.
 Quid faciat dominus:quid dicat seruus iniquus:
 Si fors nouissent omnia sicut ego:
 Depe viros multos/multas etiam mulieres
 In cruce suspensos mane videre foret.
 Rusticus uxori tacitus quid dicit in aure
 Ipse licet nolit:me latuisse nequit.
 Dii nolunt q me contingat ledere quēq
 Vel scelus alterius prodere voce mea.
 Absit ut assimiler coruo:qui prodidit illum!
 Qui sibi precipue causa salutis erat.
 Jupiter ante precor in me sua fulmina mittat:
 Deno ret et terra meqz/genusqz meum.
 Ne prius vnda maris absorbeat:ingz profundum
 Surgitis inferni precipitatus eam:
 Quam cōmilla mihi queuis secreta reueleret:
 Exeat aut sermo prauus ab ore meo.
 Cum quibus est vita cuius communis habenda:
 Hos nisi commendet/laudet/honoret amet/
 Desipit:et statue similis/quāvis sine sensu
 Corporis humani sensibile corpus habet.
 Hic meus est animus.hec est sententia vera
 Hec pro me solo dixerō solus ego
 Nisi et ancipiter pro se reliqueqz locantur:
 Qui satis etatis/vocis/et oris habent.
 Ruricolis subici mea me fortuna coegit:
 Et procul a regum iussit abesse domo.
 Hinc nisi vim passus venio delatus in aulam:
 Intersum regum consiliis/qz ducum.
 His loca secreta strepituz carentia vulgi/
 Et procul a turbis incoluisse datur.
 Principis in thalamo positi statuuntur in alto:
 Ut de sublimi multa videre queant.
 Angulus extremus thalami/locus aptus agendis

Rebus in occultis intitulatur eis.
Illi consilia crebro capiuntur iniqua.
Illi tentari pessima sepe solent.
Oratio interdum pueris simul atqz puellis
Angulus est atra nos tenebrosa die.
Hic solet abscondi fructus qui ventre soluto
Egrediens tempus vim tulit ante suum
Hic quoqz consuevit fieri confessio: nulli
Facta sacerdotum nec facienda reor.
Hic aconita latent longo quiesita labore:
Hicqz nouerarum carmina dira vigent.
Ut puer anticipet veniens de nocte profunda
Visitet infirmum postulat ille locus
Hic locus astmaticos sanat: curatqz caducos.
Et facit in noctem sepe venire diem.
Hec igitur loca sunt quibus est odiosa lucerna:
Et vicii titulo premia laudis habent.
Nisus et ancipiter (loca que malefacta sequantur)
Rem bene nouerunt: que sit: et unde loquor.
Hii duo precipue (si vellet dicere verum)
Mira quidem possent dicere: vera tamen.
Hic brunellus deniqz nisum introducit loquentem
etiam de fideli consilio.

t Alibus auditis nisus respondet. iniquum
Arbitror: officium deseruisse suum.
Nos sumus ingenui generoso stemate nati.
Non decet os nostrum turpia verba loqui.
Quicquid agunt pueri nobis: patientia facti
Tempore perpetuo q sit habenda puto.
Si ludunt pueri: cum non ledamur ab ipsis
Cur ledamus eos: sit procul iste furor.
Qui sua non dubitant nobis secreta fateri:
Ne perdamus eos iure tenemur eis.
Nos pueri pascunt: nos portant nosqz reportant:
Nos quoqz conseruant sedulitate sua.
Redditur exolus merito delator: amico

Criminis est crimen imposuisse suo.
 Cum taceant oculi: qui resq; videre stupendas?
 Cur quod non videat garrula lingua refert.
 Absit: ut os oculis hac conditione ministret:
 Alter ut ambobus causa sit unde ruant.
 Os male si prauum laxes (cum sis tamen vnum)
 Quid prodest oculos continuisse duos.
 Os igitur prauum taceat quoad usq; loquuntur
 Aures aut oculi pes ve manus ve sibi.
 Soluere tunc poterit indicta silentia lingua:
 Cum prius audierit cetera membra loqui.
 Si prius ediderit oculus quod vidit et auris
 Ante quod audiuit/pesq; manusq; mea/
 Libera (cum lingua) sua vox reddetur in omnes:
 De quibus ad presens questio mota fuit.
 Hoc tamen abiecto: quod quis sibi forte cauere
 Nec membris valeat: muta sit usq; queat
 Nam nihil (in mundo cum sint nequissima multa)
 Hoc bocio neq; nequius esse potest.

Holuntas et ratio brunelli loquitur ad galienū.

t Alia dicente niso mea lumina clausit
 Hommus et incepi stertere more meo
 A sonitu volucres/vernaq; velocius aura
 Excite subito disparuere loco.
 Idem brunellus de instabilitate mundi.
 t Alia mi doctor: necū dum sepe recordor:
 Artor et in curas distrahor ipse graues.
 Cūq; nihil stabile maneat sub orbe creatum:
 Quis neget instabilem quemlibet esse statū.
 En ego qui fueram iuuenis/patiensq; laborum/
 Et fortis: modo sum fractus/et ipse senex.
 Cūq; satis constat centū virisse per annos:
 Vir mihi iam videor tres habuisse dies.
 Omnia testantur solum superesse pulchrum:
 Si qua dies superest: augutor esse breuem
 Diuere velle diu nihil est: nisi velle (quod absit)

Vivere peccato vita sit ergo breuis.
Cum sine peccato non sit nascentis ab alio
Vna dies pueri quid reor esse mihi.
Qui semper pecco nūq; qz miser resipisco
Non metuens hoiem despiciensq; deum
Nec tamen ignorans pecco sed prava scienter
Et prudens facio religiosus ego.
Eūq; miser meditor loquor et operor mala semper
Posteriore die deteriora sequar.
Pravus heri peior hodie cras pessimus ultra
Quo nam progrederor pronus in omne malum.

Hic iterū brunellus pponit se tradere religioni sue.

In c est q statuo me tradere religioni:

Eius ego primus doctor et auctor ego.

Hanc ego q̄ citius (domino prestante) subibo
Sollicitus vite de breuitate mee.

Hac quoq; de causa romam deuotus adibo

Vt confirmetur hic nouus ordo mihi.

Nec mihi difficilem super hiis credo fore papam

Allensem facilem curia tota dabit.

Brunellus consulit galieno ut secum intret eum
dem ordinem

Et si forte velis vitam mutare magister

Consilio nequaq; longius ire pares

Nec te discipulo pudeat tua colla magister

Subdere pro domino proq; salute tua.

Istud contingit in religione frequenter

Quod maiori seruit perficiturq; minor

Digna sub indignis viuunt rosa sub saliuncis.

Filia sub tribulis ne mouearis in hiis

Oppunit ingenium seruus stultusq; disertum

Invictus iustum nox tenebrosa polum.

Quod magis abiectū vel quod minus ut ipse cernūt:

Maiori studio magnificare solent.

Exemplūq; mee matris meditemur in actu:

Quod fuerat solita sepe referre mihi.

Hic introduxit exemplum de tribus deabus fatalibus que parce dicuntur et singuntur fila ducere
 i Bant tres hominū curas relevare sorores:
 Quas nos fatales dicimus esse deas.
 Unus erat cultus tribus hīis: eademqz voluntas
 Nature viciis ferre salutis opem.
 Et quod parca minus dederat/ vel prodiga multū:
 Hīis emendandis plurima cura fuit.
 Dum graderentur ita/casu reperiere puellam
 Colle sub vmbroso: que ioue digna fuit.
 Nam formosa nimis/generoso scemate nata
 Equabat vultus nobilitate genus.
 Propter eam superi(superis si nota fuisset)
 Novissent in agno prelia magna ioui.
 Jupiter ipse polo/q̄ virgine se caruisse
 Septēni spacio malet et exul agi.
 Nil tribuisse magis potuit natura decoris:
 Si stiga iurasset/ vel ioue nata foret.
 Planctibus illa tamen tantis/lachrymisqz vacabat
 Quod circūpositam sepe rigaret humū.
 Nunc faciem cedens/nūc palmis pectora tondens/
 Non requiescebat vnguis ora secans.
 Hac igitur visa gemine volvare sorores
 Ferre salutis opem: si licuisset eis.
 Instabantqz due dominam/sociamqz rogantes:
 Ut saltem sineret mīcius esse malum.
 Illa sed econtra verbis/vultuqz renitens
 Obstatit r surda pertulit aure preces
 Sed vt sollicitas(super hīis)timidasqz sorores
 Et quasi contemptas redderet: inquit eis.
 Venimus vt nostis nos tres innisere mundum
 Ut ferremus opem: sed quibus extat opus.
 Non opus est isti: quia quam natura beatit.
 Inquantum potuit: et quibus causa fuit:
 Cui genus/et speciem forme tribuit specialem
 Debet et id nobis/et satis esse sibi.

Forsitan auxilium si prestaremus eidem:
Posset de facili deteriora pati
Obfuit augmentum multis, meliusqz fuisse
Divere contentos simplicitate sua:
Querere qz supra vires proprias aliena:
Et vetitis pariter illicitisqz frui.
Nature studio que non conutantur, et vnu
Succubunt leuiter, deficiuntqz cito.
Non patitur natura diu contraria iungit.
Nec sibi vim fieri vult ratione regi.
Dixit, et abscedens flentem tristemqz reliquit.
Non immutato (qui fuit ante) statu.
Liqz recedentes feruentio viceret estas
Artaretqz nimis hinc calor inde labor.
Dicini nemoris umbras petiere volentes
Arentem gelido fonte leuare sitim.
Iam nemus attigerant, sed et ecce puella venusta
Inqz thoro posita, sola iacebat ibi.
Que cu numinibus assurgere leta parasset
Non potuit multa mole retenta pedum.
Quod potuit fecit, sua brachia prona tetendit,
Obtulit et lepide verba salutis eis.
Edocuit viam nemorum: qua parte serenus
Ions erat, et viuas parturiebat aquas.
Addidit et dicens item comes ipsa libenter
Hobiscum, sinerent si mea fata mihi.
Sed pedis et femoris cum pondere, cuqz dolore
Hereo continuo corpore fixa thoro
Huc et vt umbrarer alieno fulta ducatu
Non propriis deni sumiqz relicta mihi.
Talibus auditis gemine fleuere sorores:
Querentes dominam flectere fiendo suam.
Liqz nimis fierent multuqz diuqz rogarunt:
Quatenus huic saltem redderet ipsa gradum.
Ut pedibus niti propriis possetqz reuerti
Hana: nec vterius egra tenere thorum.

Illa nihil mota sed nec miserata sorores
 Ibat: et exorsa taliter inquit eis.
 Ut decet et debet multa pietate moueri
 Vos video.bene nunc votaqz vestra scio.
 Sunt pia: sed iusta non sunt: qua propter oportet
 Jure repellantur. que ratione carent
 Virginis illius (pro qua me sollicitassis)
 Que sit conditio cernite: quis ve status.
 Pondere prella pedum prohibetur figere gressum:
 Heret et assiduo pondere mersa thoro:
 In membris alilqz vigent specialia dona:
 Si bene pensetis insita multa manent.
 Hinc sensu mentis/hinc pollet acumine vocis/
 Horibus et studiis hinc vacat/inde viget.
 Gratia tanta sibi manuum concessa videtur:
 Quod vix (aut nunqz) possit habere parem.
 In tribus excellit: cum sit pulcherrima vultu/
 Pectore/voce/manu/sunt satis ista sibi.
 Sola decem possit satis exhibuisse puellis
 Ex manibus solis.sola quid ergo iacet.
 Non opus est igitur ditari munere nostro:
 Lui natura potens tot preciosa dedit.
 Officio priuata pedum/si languet in vno
 In tribus/aut certe quattuor ipsa viget.
 Talibus auditis lachrymas tenuere sorores
 Restantemqz sibi corripuere viam.
 Serior hora deas monet indulgere quieti
 Alternaqz vice nocte leuare diem.
 Lugz forent posite/sele iam composuere
 Vibis in introitu.que prope forte fuit.
 Exit in biuum ventrem purgare puella
 Rustica.nil reuerens inuercunda deas.
 Vestibus elatis retro nimiumqz reiectis
 Poplire defiero crure resedit humi.
 Una manus fenū/panis tenet altera frustrum
 Sed neqz pro populo cessauit pretereunte

Nec propter posita numina sacra prope.
Exubere due. visum. vultumqz tegentes/
Vestibus obiectis arripuere fugam.
Tertia subsistens reuocansqz duas fugientes
Ut quid ait fugitis. sibite queso gradum.
Que nam caula mali (non somnia vana videtis)
Quod modo vidistis. alter orizon erat.
Non habuit melius q̄ quod nobis manifestum
Fecit. et ostendit simplicitate sua.
Si natura potens misere meliora dedisset
Non ita monstrasset cornua luna noua.
Hic opus/hic opus est. non parcere sed misereri
Et festinando ferre leuamen ei.
Hic opus/hic opus est. et diffundamus habunde
Et demus larga munera magna manu.
Huic nihil omnino diues natura reliquit
Hec eget. hic opus est. ut faciamus opem.
Ita sua nunq̄ virtute resurgeret. isti
Est pietatis opus ferre salutis opem.
Si cadat ista semel. non est qui subleuat ipsam
Nec quicq̄ propriū quo relevetur habet.
Pauper. inops. et egens quam sic natura beatuit
Insita q̄ misere gratia nulla manet.
Non quem fortuna. sed quem natura beatuit
Munere virtutum diuitis omnis habet.
Contra naturam nihil inservisse valemus/
Nec volumus. nisi quod de ratione licet.
Intus et exterius eadem natura manebit
Que prius extiterat sed status alter erit
Quodqz nequit fieri naturam degenerare
Nolumus. iniustas non decet esse deas
Res et opes adici possunt extraqz liniri
Nature salua proprietate sua.
Nos igitur quibus est super hiis collata potestas
Demus abundantia munera magna manu
Diuitias et opes census fundos et honores

Priedia montana/pastua/prata/greges
 Ovis et istius dominam statuamus eandem
 Ut nihil in nostro munere desit ei.
 Iterū brunell⁹ hortat galienū vt subeat ordini ei⁹
 b, Ec mea multotiens genitrix narrare solebat
 Cuius me certe non meminisse pudet.
 Talibus exemplis in religione frequenter
 Multa solent fieri que ratione carent
 Hic modus esse solet in religione magister
 Illud oportebit te quoqz sepe pati
 Illud ubiqz viget hec sunt specialia multis
 Hic prelatorum mos malus esse solet
 Hec sunt que faciunt inconuenientia multa
 Ut ne conueniant pastor ouelqz gregis
 Hec sunt que pariunt in religione ruinas
 Scandala contemptum scismata damnatio dolum
 Letera cum possit multis obnoxia virtus
 Contemptum proprium dissimulare nequit
 Nil grauius ledit mentem nil altius vit
 Nam cum virtutum munera spreta iacent
 Letera cum soleant etiam cum tempore labi
 Hoc animum nunqz deseruisse solet
 Vulneris hoc genus est quod per medicamina crescit
 Et grauius tactu temporis ulcus habet
 Aspidis hoc animo facit instillare venenum
 Qui nihil antidotum proualuisse potest.
 Contemptum proprium qui ferre potest patienter:
 Letera de facilis sustinuisse potest.
 Omnia cum soleat victrix patientia ferre:
 Dicta sub hoc onere succubuisse solet.
 Timet brunellus de cunctu futuro,malo ex signo
 quod ei accidit
 t Alia dicenti subito de nare sinistra
 frigidus erupit sanguis:et ipse breuis,
 Quo statim viso dixit brunellus,iniquum
 Pretendunt aliquid talia signa mihi.

Olim nocte prius q̄ caudam mane molosi.
Surripuere meam: contigit illud idem.
Prospera det dominus mihi nunc: et de mane duro
Eruat. inqz bonum sit crux iste precor.
Omni mane suo currens lepus/ et capra clauda/
Obvia sint illis: qui mala nostra volunt.
Noctua prima precor sic que mane sereno
Exeat: occurrentis hostibus arta meis.
Obvia nens veniat lanam de vellere nigro
Deqz talo taxi femina nuda pedes.
Mane senex calvus/ et vespere crine soluto.
Hostis in occursum curua feratur anus.
Obvius occurrat utriusqz coloris eisdem
Obstipo monachus vertice voce carens.
Pauperis et vidue veniens de funere tristi
Presbiter iratus/ ipse salutet eos.
Ad leuam bufo transuersus corpore toto
Hus prior occurrat: et ferat ipse pedem.
Quiqz solet dici pestisqz nocentior omni
Rusticus: occurrat hostibus ipse meis.

Qualiter brunellus tandem post diuturnum erro
rem a domino suo bernardo reperitur
v Ita ea fatus erat: cum rusticus ecce cruentus
Intrans/ et acclaudens hostia dixit ita.
O brunelle mihi multos quesite per annos:
Et nunc fortuitu virqz reperte tamen.
En ego bernardus dominus tuus/ en ego: certe
Sub quo preterita crimina cuncta lues.
Huc ades: accede: necum gradieris ad urbem
Vnde recessisti nocte patrando dolum.
Et nouus annus erat: et sabbata sacra fuerunt.
Tempore quo scelus hoc ausus es atqz nephias.
Et bene si recolo postq; me deseruisses:
Quattuor aut quinqz lustra dedere locunt.
Iam senio fractus/ iam viribus/ atqz vigore
Corporis effractus/ diceris esse senex.

Absit ut ulcerius quicquam nisi forte coactus/
 Siue libens facies absque labore tamen.
 Vobis addic*tus* tantummodo cotidianis
 Nil facies: nisi quod paucula ligna feres.
 Sportellas eneas geminas/duplicesque farine
 Hacos/meque super:nec graue pondus ego
 Dixit:et immisso capiti de more capistro
 Duxit:et abduxit fuste docente viam.
 Et ne forte fugam rursus meditetur iniquam:
 Subtrahat et domino debita pensa suo.
 Funditus abscidit aurem bernardus utramque
 Cautio*n* ut fieret/cauteriatus ita.
 Tunc brunellus ait bernardo.nunc scio vere
 Vertice cum cauda conueniente meo
 Quod mihi sit verus/sanctusque propheta locutus
 Parisius dudum dum meditarer ibi.
 Hic quasi preterita narravit sepe futura:
 Multaque predixit num memoranda modo.
 Quncquid enim factum/vel dixerit esse futurum/
 Fecerunt factis verba secuta fidem.
 Sepius ille mihi de te quoque multa locutus:
 Nec sunt priuata pondere verba suo.
 Sepe meos casus/et que ventura super me
 Diderat:exposuit precius ille mihi.
 Prospera quinque mihi predixit adesse futura:
 Postque preterita quinque sinistra forent.
 Quattuor ex quinque iam pieteriere sinistris
 Que mihi predixit ille propheta meus.
 Quinta mihi superest: sed et ipsa nouissima plaga
 Quam sum passurus perpetiorgue modo.
 Ultimus ille dolor erit/ultimo ille dolorum
 Terminus:et tanti meta laboris adest
 Ultima plaga/mihi finem requiemque laborum
 Conferet:et voto/persuas ipse meo.
 Namque meis iam quinque malis modo sic superatiss:
 Mor totidem venient prospera fata mihi..

Rusticus hic nequam/velut extitit ante dolorum
Principium nobis: sic quoqz finis erit.
Prima mali causa/contrarius atqz rebellis
A puerō cepit rusticus esse mihi.
Prima status nostri per eum mihi questio mota:
Namqz prius toto tempore liber eram.
Callidus ille prior sibi me seruire coegit:
Fecerat et multum ferre laboris onus.
Sed vice conuersa finem veratio nostra
Honde prius cepit est habitura suum.
Non ego crede mihi sed rusticus ille malignus
Prestitit exemplum/principiumqz mali.
Honde suis meritis condigna rependere certe
Non erit indignum:sed pietatis opus.
Lex antiqua iubet:pro membro/reddere membrum
Dentem dente.pede restituisse pedem.
Sic ego bernardo faciam.nisi forte quod ablit
Fata vocent aliis q̄ mea vota velint.
O si bernardus que sunt ventura videret:
Et q̄ brunello gloria magna manet.
Non ita me premeret virga/baculoqz feriret:
Nec ferrum faceret in latus ire meum.
Sed potius prostratus humi vestigia nostra
Pronus adoraret:porrigeretqz preces.

De casu bernardi et de dryano
Alia brunello secum meditante cremonam
Intrat:et est domino subditus ipse suo.
Contigit interea bernardo res memoranda:
Que satis in tota nota cremona fuit.
Fama frequens populi rerum facies rediuiuas
Huscitat:et veteres res facit,elle nouas.
Fama frequens populi/ne tempora gesta senescant:
Annorum senio consuluisse solet.
Damna vetustatis morituraqz tempora nobis
Fama frequens redimit:gesta priora docens.
Tres habuit pueros pauper bernardus alendos:

Quarta fuit coniunctus: quintus asellus erat.

Ille domus dominiqz sui substantia tota.

Solus erat: quis parua parumqz valens,

Ad foro ligna trahens: sese dñm qz domūqz,

Quinqz labore suo solus alebat eos.

Contigit ergo semel: qz cum bernardus ab urbe

In nemus exisset ipse comesqz suis.

Audirent: hominis velut existentis in antro

Vox foret exclamans: auxiliumqz petens.

Hesit et obstupuit primo bernardus: et inde

Imposuit fronti signa sacra crucis.

Discernensqz modum clamoris: vocis acumen:

Corporis humani comperit ipse sonum.

Designansqz locum: quo vox diffusa per auras

Clarius auditur: ire parabat illuc.

Hicqz sonus vocis: vox verbi nuncia: tandem

Nosse dat expressa verba quid ipsa velint.

Nobilis atqz potens: vir magnus ab urbe cremona

Forte dryanus erat: dines et ipse nimis.

Qui cum sepe canes sequeretur amore ferarum

In foueam lapsum contingit esse semel.

Os erat angustum foue: sed lata deorsum:

Atqz profunda nimis: et tenebrosa fuit.

Corruerantqz simul in eam leo: symea serpens

Cum quibus et quartus ipse dryanus erat.

Hii tribus in foueam lapsis: collapsus et ipse:

Hospes et inuitus ceperat esse comes.

Quisqz sibi timuit: tacuitqz timore coactus:

Preter eum cui vox aucta timore fuit.

Quarta dies aderat ex quo (clamore lugubri)

Quiescerat vana voce salutis opem:

Quia tamen excitus venit bernardus: et illum

Poscit ut exponat: quis sit: et unde refert.

Ille dryanus ait: miser miserabilis hic sum:

Qui nuper fueram maior in urbe mea.

Quisquis es accede: fer opem miseroqz misertus

Extrahe (pro certo) premia magna feres.
Quicquid in humanis rebus mihi competit: illud
Pro mercede tua dimidiabo tibi.
Quoqz magis posses securior esse deorum!
Per sacrosancta numina iuro tibi.
Talibus auditis (spe lucri) ductus ad antrum
Rusticus accedens accelerauit opus.
Himine contextum funem dimisit. at illum
Symea corripiens exit:abitqz cito.
Tunc ita bernardus sathane fantasmate lusum
Se reputans dixit: buac quid ineptus ego.
Ecce quid extraxi (dum debuit esse dyanus:
Demone fallente) symea magna fuit.
Est locus infaustus. vox demonis. arsqz maligna
Me male subuertit: meqz fekellit ita.
Ergo reuertar ego signo crucis intitulatus:
Ne quodcuqz malum possit obesse mihi.
Talia dicentem magno clamore dryanus
Aduocat: adiurat: multiplicatqz preces.
Et ne delusum sese fantasmata credat
Commemorat sanctos: et sacra verba refert.
Postulat ut funem rursus dimittat in antrum:
Premia ne percant percipienda sibi.
Hincit amor lucri. rursum demittit ad ima
Funem: sed frustra spe pereunte sua
Funibus immisis serpens exiuit ab antro
Horridus aspectu: delituitqz cito.
Quo viso bernardus ait: tua dona dryane
Respuo: cuncta tua sint tibi tuqz procul.
Demonibus plenus locus hic. fantasmata terre.
De gremio profert: et noua monstra parit.
Iamqz recessisset fugiens sine spe redeundi.
Spes nisi lucrandi detinuisse eum.
Spes et amor lucri cupidum vicere. dryano
Que promissa tuuāt multiplicante preces.
Ordine quo supra misero remanente dryano

Funibus immisis exsit ante leo.
 Palluit inspecta bernardus ad ora leonis;
 Concutit et gelidus omnia membra timor.
 Nec remanere putat tutum/nec voce timorem
 Prodere:nec celerem corripuisse fugam.
 Si fugit ecce fame longa stimulante coactus
 Circuit esuriens ore fremente leo:
 Si manet exosus locus est/quia demone plenus
 Exactoqz die nox metuenda venit.
 Hiribus elapsis/sensum timor eblbit:artus
 Deficiunt domino deficiente suo:
 Auget et hec secum vox exclamantis in antro
 Importuna satis et miseranda nimis.
 Spondet opes/et agros/turrita palacia/spondet
 Quicquid spondere corde:vel ore potest.
 Jamqz tot addiderat precibus promissa:q ipsa
 Vox simul et ventus deficiebat ei.
 Et pietate sua nisi plus innata cupido
 Convenerit cupidi vota/biamqz viri.
 Ardet anhela sitis et spe fallente laborem
 Amplius accensa crescit auara fames.
 Funibus immisis tandem bernardus ab imo
 Larceris horrendi triste leuavit onus:
 Utqz solent crebro vari contingere fines
 Casibus in variis precipueqz malis.
 Cum prope iam putei foret egressurus ab ore:
 Inqz pedem letus depositurus humo.
 Rupto fune miser rursum cecidisset ad ima:
 Ni cita bernardi dextra tulisset opem.
 Qui subito casu capiens/retinensqz ruentem:
 Longius abstraxit:restituitqz suis.
 Sic patrie/domuiqz sue/rebusqz dryamus
 Redditus:euasit damna/pericla/necem.
 Euasio dryani et eius perfidia describitur
 q Do facto bernardus adest:poscitqz dryanum:
 Ut firmata fide pacta tenere velit.

Quem quoqz(mutata facie)considerat. olim
Facta recordatur; et sua pacta petit.
Et si non posset seruare per omnia pactum.
Del saltem pacti pars quota detur ei.
Ille sed econtra pactum negat:huncqz furoris
Arguit. et canibus arcet ab ede sua.
Quoqz magis cogat miserum reticere:minatur
Priuandum capit is proprietate sui.
Obstupefactus ob hoc verbum bernardus ab aula
Festinans/digito opprimit oia suo.
Comperfoqz satis q sit metuenda potestas:
Atqz q interdum diuitis ira furoz.
Tutius esse putat linguam cohivere:dryanum
Quam de promissu sollicitare suo.
Nam cui sunt etiam suspecta silentia: certe
Verba magis fieri suspicioza solent.
Diuitis offensam non est incurrire tutum
Quius rara fides/et metuendus amor.

De remuneratione facta bernardo per symeam le
onem et serpentem

c Dmz die quarta siluam bernardus adiret
Brunello dominum more sequente suum.
En leo(deposita solita feritate)ferinis
Carnibus oblatis annuit ore/pede.
Hicqz dicem meritis referens/gratesqz rependens/
Et sic quaqz potest parte iuuare iuuat.
De grege ceruorum quem pinguus esse putabat:
Attulit: et domino contulit ipse suo.
Vertisse submisso(nec dum remeante leone)
Venit et in dorso symea ligna ferens.
Lignorumqz struem positam prope (quam prius ipse
Fecerat ex sicco) premia monstrat ei.
Quam sibi tollendam se collegisse reuelat:
Nobilibus et signis/officioqz suis.
Nec semel/aut iterum fuit hoc iterare; sed omni
Quo bernardus adest constituere die.

Hec duo cotidie (carnes et ligna parata)

In nemus adueniens accipiebat ibi.

Sed neqz serpenti labor est impensus inanis;]

Munere qui modico maxima dona dedit.

Nam semel accedens supplex similisqz volenti

Si posset grates vocē referre sua.

Faucibus inclusam gemmam dimisit ab ore;

Insperitusqz manu suscipientis eam.

Ne de morā faciens faceret collata minoris

Ponderis et precii dona tenore sui:

Protinus aufugiens doni dantisqz fauorem

Auger: et obtentu fit fuga grata suo.

Cuius enī n̄ non est presentia grata videnti:

Dona parum sapienti et sua verba minus.

Talia bernardus cernens sensumqz ferarum/

Factaqz dinumerans hinc stupet: inde probat.

Carnes/ligna/lapis/que dant leo/symea/serpens/

Moribus ingenuis predicat esse feras.

Bestia pro meritis dum premia digna rependit:

Arguit ingratos immemoresqz boni.

Quod bene bernardus (male respondentē dryano)

Pro meritis tantis se didicisse probat.

*Ditatio bernardi per lapidem quem serpens
ei dederat*

m *Onere dotatus tanto bernardus ad urbem*

Festinat: et leto corde iuuante pedem:

Atqz sui lapidis vires cognoscere querens/

Artifices lapidum sollicitari studet.

Sed lapis ignotus/nec in urbe repertus eadem

Antea: scire negant insita dona sibi.

Quem tunc eris egens tandem distraxit: et auri

Pondere pro triplici fecit abesse sibi.

Lūqz domum veniens vellet numerare monetam/

Quam retinere magis q̄ numerare iuuat.

Quem modo vendiderat lapidem preciumqz tenebat:

Impositum loculis competit esse suis.

Quem retinere volens timuit. quia principis illum
Emerat eunuchus. vir bene notus ei.
Hnde telet rediens simulans errore retentum
Reddidit emptori fida timore manus.
Hic bernardus erat intra sua tecta receptus:
Cum lapis in loculis ecce reuersus adest.
Reddidit eunucum rursus. velut ante relatum:
Sed redeunte domini rursus et ipse reddit.
Jamqz reuersus adest totiens. quotiensqz relatus:
Et vice conuersa res variata fuit:
Quod murmur populi regis peruenit ad aures:
Et rumor lapidis se referentis ita.
Qui nouitate rei ductus. precepit adesse
Non lapidem solum. sed simul hunc et eos.
Partibus ac citis: mixtus cum diuite pauper
Intrat. et ingressus atria latâ replet.
Sub damno capitis. sub conditionis. et vrbis/
Subqz fide cpristi qua retinetur ei.
Rex iubet: ut si quis factum factiqz tenorem
Nouerit: impune dicat. et absqz metu.
Que sit causa latens: qua de ratione lapillum
Collatum totiens nil retinere queat.
Hnde sit ablatus: vel qua regione repertus
Quod sit ei nomen: gloria si qua latet.

Responsio bernardi coram rege de acquisitione
lapidis

f Virgit ad hanc vocem poscensqz silentia solus
Bernardus: regis procidit ante pedes.
Exurgensqz statim positogz timore resumptis
Vribus exhibitis. ora resoluta ita.
Quattuor in puteum nuper cecidere profundum
Ex quibus unus homo. tresqz fuere fere.
Eius omnis eis fuit interdictus: et esset
Tempus in omne meum. ni mea cura foret.
Namqz loci talis putens fuit ordine tali
Depositus. ceca nocte tegente diem

Dum nemus ingredicer soli comitatus ascello:
 Auribus insonuit vox miseranda meis.
 Quam dum prosequerer (multo discrimine) tandem
 Alsequor: inquirens que ve/vel unde foret.
 Que mihi respondit: quoniam fuit ipsa dryani:
 Qui iam factus erat quadridianus ibi.
 In puteum lapsi fuerant leo/symea serpens/
 Hospes et ipse tribus quartus adactus erat.
 Sed tamen id tacuit: ne me terroreret eorum
 Nomine prolato: corriperemque fugam.
 Sed de post facta res manifesta fuit
 Nota satis misero/teste labore meo.
 Anxius ille nimis/mortisqz timore coactus
 Hinc spondebat opes: inde petebat opem.
 Jurauitqz mihi per numina summa.suumqz
 Baptismū.xristi per caput/atqz pedes.
 Per sanctū iacobū.per thomam canthuariensem/
 Quos etiam nudo voulit adire pede:
 Quod mihi res/et opes/led et omnia dimidiaret
 Si meus inde labo: tollere possit eum.
 Spes et amor lucri multum suasere: dryano
 Multiplicante preces vt misereret ei.
 Sed plus teste deo dicit miseratio mentem
 Persuadendo/simul vimqz ferendo mihi.
 Artibus ergo meis multo comitante labore/
 Quid factum fuerit/facta loquuntur adhuc.
 Quod leo/q serpens/q symea non perierant
 Non est bernardus causa.sed ille fuit.
 Non nisi propter eum quia cetera turba latebat
 Quia prece/quo precio/curqz grauaret ego
 Quattuor extraxi.fuit ille nouissimus horum/
 Cum quibus et pium nolle habere locum.
 Ultimus exiuit/sed vix tardeqz dryanus
 Non quia tardus ego/sed grauis ille fuit.
 Ergo grauem dixi.quem multo cum grauiorem
 Optarem stricto iure fuisse meo.

Rupta forent utinam mea vincula cuncta repente
Et me frustrasset arsqz laborqz meus.
Funibus abruptis puteus clausisset iniquum
Terissetqz suum nor tenebrosa caput.
Reddidit obsequium dignū mihi cura ferarū
Sic fera non fera sit premia digna ferens.
Nam leo preclarus carnes referendo ferinas
Prestat et aduentum preuenit ipse meum.
Hymea ligna legit que tute lecta reponit.
Inqz loco certo preparat illa mihi.
Hoc quotiens quantiūqz volo mihi tollere: tollo
Tangō pro meritis certa tributa meis.
Huc etiam lapidem serpentis ab ore recepi:
Propter quem presens questio mota fuit.
Qui tamen (aut alia q̄) nequeat retineri
Insita sit virtus nescio: teste deo.
Hec ita sūt domine mi rex: aliterqz locutū
Quam fuerit seruum non reor esse tuū.
Ipse velim: sine me queras: faciasqz requiri
Dera rei series que sit: et an sit ita.
Premia veredicus capiam. falsumqz locutus
Si fuero: gladio vel cruce plectar ego,
Sententia regis pro bernardo contra dryanū
Alibus auditis rex iussit adesse dryanum:
Nec mora iussus adest rege iubente suo
Et quia de facto regi constabat: et ipsa
Res fuit indicis certificata tribus
Protulit edictū. vel consentire dryanum:
Ut cum bernardo dimidiaret opes
Vel q̄ per tridū putet loca nota subiret
Adiunctus tribus hiis cum quibus ante fuit.
Sententia regis placet cunctis
In commune placet cunctis sententia regis:
Bernardoqz satis res ita gesta placet.
Maluit ergo sua se dimidiare dryanus
Et seruare simul pacta fidemqz suam

Nam se fortune fali committere totum
 Qui sibi subiperet dimidiando nihil.
 Dimidians igitur bernardo cuncta diyanus
 Traxis et inuitus dimidiata dedit.
 Nec minus ingrati nomen notamq; perhenni.
 Incurrit facti conditione sui.
 Et tunc bernardus fit letus: flente diyanu
 Quod sic perdiiderat tanta dolore graui.
 Taliter ecce luūt ingrati sepe. q; ipsi
 Non reddunt digna premia pro meritis
 Expedit idcirco melius quandoq; dedisse
 Corde libenti. q; detinuisse manum.
 Maxima pro meritis impendere premia digna
 Est pietatis opus: et iubet ista deus
 Non hominis labor aut opus: vslq; moretur apud te
 Mane: q; hinc non sit clamor in aure dei.
 Et noua lex dicit. q; quilibet est bene dignus
 Vir mercede sua: teste labore suo.
 Ergo qui non dat dum tempus postulat aut res:
 Huscitat ipse sibi damna nocua nimis.

Hic auctor concludit huius operis librum hortans
ad intellectum.

Edat in exemplū cūctis viuentibus ista
 Brunelli vita: nam docet auctor ita.
 Non quod verba sonant: sed quicquid mistice signant
 Scrutetur lector caute quid ipsa velint
 Designare sibi: poterit nunc forte videre
 Plura pericula mali iure cauenda sibi.
 Nam sunt nonnulli transcendere magna volentes.
 Et nituntur ad hoc nocte dieq; simul:
 Qui dum magna petunt: et talia certe laborant
 Sepe repente ruunt: sepeq; deficiunt.
 Contra naturam vel sortem querere quicq;
 Nemo potest illud reddere vel facere:
 Brunello teste qui dum quiescuit incepta:
 Semper enim mansit quod fuit ipse prius.


Es felix igitur aliena perscula cautum
Quem faciunt formant et ratione regi.
Plura loqui possem sed nolo scribere plura:
Sufficiant ista carmina tam modica.
Deprecor ergo pia prece si quid lector in illis
Inueniat vicii vel ratione carens:
Lorrigat ipse pie me commendendo marie
Felici nato quod roget omnis homo.


Explicit speculum stultorum.

Quisquis theologus quisquis legista peritus
Dis fieri multos semper habeto libros.
Pristina gestorum que condita vulgus haberet
Cum legis in carta mens tua commemorat.
Non in mente manet quicquid vidimus ipsi:
Quisqz sibi libros vendicet ergo vale.



Le xxviiij d' octobre 1562 George
moest en Michel punnen dynckenant p^r le
deo natre esante et fut luy arlanc
pendre a la grise lanoy leoy p^r
luy mener helemeunie p^r
telle on yent deus q^m fust d^r
de grot me vint enq^m de l^r de
et le d^r vint he steynent 25 jans my
en le rooy d^r le corps fust leuend^r
ze wondert et appelle leyschamps
le spoudem t^r de say en decouvr^r
le vinkent fasse





3





